De articuli usu apud poetas Graecorum bucolicos.

Scripsit Dr. Ameis, Gymnas. Prorector.

Quum ex more apud nos recepto gymnasii nostri nomine libellus aliquis edendus esset, scribendi autem munus ex orbe nunc ad me rediisset, hac opportunitate quaedam ex iis quae commentatus essem in lucem proferendi ita utendum esse arbitratus sum, ut rem aliquam tractarem, qnae et viribus meis esset par et doctis hominibus qui earundem nobiscum literarum studiis tenentur haud ingrata videretur esse. Quo consilio quum multa tentarem, primum induxeram in animum eam disputationem, quam ante hos quinque annos inchoatam reliqui, ita ad finem adducere, ut, quae in cetera Theocriti idyllia haberem observata, eruditorum subjicerem judicio. Verum quum alia interim, ut fit, jam foras sint edita, alia rectius adhuc in scriniis premi videantur, illud consilium nunc quidem distuli, satius ratus commentationis meae argumentum arctioribus finibus circumscribere. Etenim lexici Theocritei Bionei Moschei, in quo condendo nunc cum maxime occupatus sum, specimen aliquod per hanc scribendi occasionem proponere constitui ita, ut articuli usum, qui apud poetas bucolicos inveniretur, illustrarem.

Hunc autem unum peculiarem locum dum pertractandum mihi nunc sumsi, aliud una spectavi. Scilicet totius operis conspectum aperiam, ut, si qua in re partes meas secus egisse visus ero, meliora a doctioribus edocear. Has igitur rationes, ut paucis me expediam, mihi sequendas esse arbitratus sum.

Ante omnia elaboravi, ne quid deesset quod jure desiderari posset. Idcirco omnia omnino vocabula quae apud poetas quos dixi leguntur descripsi, ad haec singulos locos in quibus reperiuntur accurate designavi, praeterea ut, quae cujusque vocabuli in quovis loco esset potestas, facile perspiceretur, integram apposui sententiam. Qua in re eam adhibui diligentiam, ut praeter eas voces vocumque formas, quae ab editoribus in verborum ordinem recepta sunt, earum quoque rationem haberem, quae in critico apparatu Gaisfordii, A. Jacobsii, Gailii, Wordsworthii, Ziegleri adhuc latent aut jure spretae aut injuria neglectae. Id quamvis cum multo meo labore conjunctum esset, tamen propterea faciendum mihi putavi, ut integrum unicuique de singulis etiam formis relinqueretur judicium. Neque in hoc substiti, sed, quod doctis hominibus

gratum me fecisse arbitror, in hac sedulitate eo progressus sum, ut vel doctorum virorum conjecturas, dummodo aliqua probabilitatis specie se commendarent, respiciendas esse arbitrarer, petitas illas non solum ex bucolicorum poetarum editionibus, sed collectas etiam ex aliis diversissimi argumenti libellis. Postremo paucis monui, quae frequentissimae essent vocabulorum formarumque confusiones in horum poetarum libris scriptis.

Alia cura posita fuit in eo, ut quae esset vocum apud bucolicos mensura diligenter notarem. Qua in re vix opus est ut adjiciam, accurate a me expositum esse, si qua productio facta sit per arsin.

Praeterea attuli ea quae ipsi veteres grammatici de vocis cujusdam scriptura, accentu, spiritu tradiderunt. Conjunxi cum his eos quoque veterum locos, in quibus bucolicorum dicta aut respiciuntur aut afferuntur; quod quamvis per se minus necessarium nonnullis videatur, ideo tamen haud supervacaneum esse duxi, quod in nulla dum editione illa testimonia conjunctim prolata reperiuntur. Ac licet unus alterve locus aut oculorum aciem effugerit aut memoriam fefellerit, sancte affirmare possum, me nulli labori pepercisse, ut tam veterum criticorum commentarios ac lexica, quam recentiorum interpretum copias quam diligentissime excuterem. Sic spero factum esse, ut nullum reperiatur vocabulum, cujus explicatio sit praetermissa.

Denique in omni congerie disponenda eum servavi ordinem, ut Fridericum Ellendtium, ingeniosissimum lexici Sophoclei conditorem, maxime sequerer. Quamvis enim et facile sit ordinem ab illo constitutum relinquere, et plus semel id non sine commodo quodam fieri debuisse videatur, Ellendtii tamen opus, si a singulis quibusdam discesseris, tanquam exemplum quoddam iis qui in simili argumento elaboraturi sint propositum esse mihi quidem est persuasum. Quam ob rem et ego Ellendtium secutus sum et aliis ut eum sequantur auctor sum. Sic enim fiet aliquando, quum singulorum scriptorum indices sint diligenter compositi, ut qui totius graecitatis thesaurum, omnibus numeris absolutum, sit conditurus, faciliori opera id possit praestare, quum commodiorem lexicorum, quibus singulorum scriptorum proprietates explicantur, habiturus sit usum.

Haec habui quae de operis mei consilio communicarem cum viris eruditis, quos rogatos esse volo, ut si quid minus probaverint, meliora me edoceant inque viam me reducant.

Sed jam ad id quod nunc propositum est revertar. Sequitur jam ea lexici in bucolicos particula, qua agitur de usu articuli. Numeri qui adjecti sunt versuum spectant editionem Meinekianam; uncinis vel parenthesis signo inclusi ea, quibus nunc quidem locum dedi, ut meam de aliquot locis sententiam aperirem, eadem omissurus in justo quod edere constitui lexico.

Ὁ ἡ τό.

I. De articulo in universum quum alii grammatici exposuerunt, tum subtiliter disputavit C. E. Ch. Schneider. in libro Akadem. Vorles. über griech. Gramm. Vratisl. 1837 p. 16 sqq. Antiquissimam articuli significationem constat fuisse pronominis

demonstrativi, ut hunc et illum indicaret. Cf. C. Fr. Ch. Wagner. Opusc. Acad. I. p. 16 sqq. Naegelsbach. Adnott. in Iliad. p. 321 sqq. Freytag. in Iliad. p. 24. H. Duentzer. in Zimm. Ephem. antiq. a. 1837. p. 626 sqq. Nitzsch. Adnott. in Odyss. vol. III. p. 39 sq. Hujus significationis apud bucolicos quoque sat multa exempla inveniuntur.

1. De forma observandus est nominativus pluralis, quem in Dorica dialecto τ assumere tradunt antiqui grammatici, quos attulit Ahrens de Dial. Dor. p. 265. not. 1. Inveniuntur autem apud bucolicos formae τοί et ταί universe primum ad hiatum evitandum: τοί I. 80. 118. III. 53. IV. 21. XXIII. 62 ταί I. 9. 23. II. 1. 35. IV. 26. V. 100. VI. 44. VIII. 79. XI. 3. 12. XVIII. 4. XXV. 136. Ep. IV. 1. M. II. 112. III. 100. Similiter semel legitur ταίδε apud Theocr. XIV. 44. Etiam post caesuram bucolicam et post graviorem interpunctionem τοί VII. 145. XV. 51. XXI. 9. M. II. 122. ταί III. 1. IV. 36. V. 47. 51. VII. 7. 59. Itaque in uno loco, qui huic legi repugnat, apud Bionem I. 26. illud τοί ex conjectura reponendum videtur, nisi οἱ ad ea referre malis, in quibus oratio Bionea differt a Theocritea. Deinde ab initio versus τοί IV. 21. V. 110. VII. 138. XV. 57. XXI. 10. XXII. 183. ταί IV. 12. 52. V. 52. 80. 128. VI. 16. VIII. 67. Ep. I. 3. B. VI. 1. M. II. 33. Quamquam haud minus frequenter in hac versus sede invenitur οἱ XVII. 32. XXII. 10. 76. 80. XXIV. 51. XXV. 187. XXX. 7. et αἱ XVI. 8. XXV. 10. 11. XXVI. 24. Ep. VI. 5. B. I. 91. II. 29. M. II. 63. 68. 109. Denique post litteras consonas ut syllaba quae praecedit producatur τοί I. 80. XIV. 29. XVII. 5. ταί XIII. 47. At praeter omnem necessitatem legitur I. 136. κῆξ ὀρέων τοὶ σκῶπες, ubi nescio an scribendum sit οἱ. Sed nihil diversitatis ex codicibus ibi enotatum est. et B. XIV. 2. μολπὰν ταὶ Μοῖσαι.

Porro pauca addam de accentu. Formas articuli ὁ ἡ et οἱ αἱ, ubi pronominis loco positae sunt, nonnulli acuere solent testimonio usi Eustathii in Iliad. p. 23, 1. 1385, 43. Apollon. Lex. Hom. p. 485. ed. Toll. praeeunte Reizio de accent. inclin. p. 5. et probante etiam C. G. Krueger. in Gr. Gr. §. 50. 1. adnot. 23. Hanc rationem in scriptoribus editis secutus est Reizius in Herodoti libris, Hermannus in hymnis Homericis (quos duos viros solos id fecisse, quantum sciat, non recte dicit Mehlhorn. in Gr. Gr. §. 33. adnot.) idem Herm. in dramaticis poetis, Frankius in h. Homericis, Spitznerus in Iliade,*) et nunc in Theocrito quoque Zieglerus. At Eustathius et Apollonius loqui videntur tantummodo de numero singulari, quum uterque exemplo utatur ὁ γὰρ βασιλῆι χολωθείς, et omnino de tota grammaticorum sententia jam prudenter judicavit Buttmannus in Gram. ampl. §. 13. adnot. 2. et §. 75. adnot. 5.

2. Demonstrativi igitur locum suscipit articulus per se solum positus: ὁ. χὠ μὲν τόσσ' εἰπὼν ἀνεπαύσατο I. 138. [ubi Ziegler. praeter suum morem accentum omisit]. ὁ δέ μευ λόγον οὐδένα ποιεῖ II. 61. ὁ δ' αὖ πάλιν V. 149. [sed ibi Gailius et Meinekius rectius

*) Errat igitur Lange, qui in Observat. crit. in Iliadis librum alterum. Oels. 1843. p. 10 adscripsit: „id nemini ante Spitznerum in mentem venit.“ Etiam Rost. Gr. Gr. §. 98. 7. tantum Spitzneri mentionem fecit.

ὅδ' conjunctim scripserunt, id quod perspicue legitur, quamquam nihil adnotarunt editores, in edd. Cratandri a. 1531. Wechel. 1543. Brubach. 1553. et haud dubie in aliis vett. edd. Stephanus demum ὅδε disjunxisse videtur praeter necessitatem. cf. IV. 48. VI. 9]. χώ μὲν τόσσ' εἰπὼν ἀπεπαύσατο VII. 90. ὁ δέ μοι τὸ λαγωβόλον... ξεινήιον ὤπασεν ἦμεν 128. χώ μὲν.... τὰν ἐπὶ Πύξαν εἶρφ' ὁδόν 130. ὁ δ' ἐγκαναχήσατο κόχλῳ IX. 27. ὁ δὲ τὰν Γαλάτειαν ἀείδων... κατετάκετο XI. 13. ὁ δ' ᾧ πόδες ἆγον ἐχώρει μαινόμενος XIII. 70. ὁ γὰρ προφερέστατος ἀνδρῶν XVII. 4. ὁ δὲ πατρὶ ἐοικὼς παῖς ἀγαπητὸς ἔγεντο 63. ὁ δ' ἔξοχος, ὅν κε φιλάσῃ γεινόμενον τὰ πρῶτα 74. ὁ δ' ἄλγεε καὶ χέρ' ἐφύση XIX. 3. χώ μὲν τὠγκίστρῳ ποτεφύετο XXI. 46. αὐτὰρ ὁ πλαγὲς ὕπτιος ἐν φύλλοισι τεθαλόσιν ἐξετανύσθη XXII. 105. Ibi fere omnes editores Brunckio et Meinekio exceptis illud ὁ acuere solent, quamquam quum in ceteris locis accentum respuunt, tum statim in verbis ὁ δὲ πλαγὲς ξίφος ἔκβαλεν 198. ὁ δ' αὖτ' ὤιξε θύρας XXIII. 53. ὁ δ' ἀμφαίνει μέγαν ὦμον XXIV. 12. ὁ δ' ἐξ εὐνᾶς ἀλόχῳ κατέβαινε πιθήσας 41. ὁ δ' ἐς πατέρ' Ἀμφιτρύωνα ἑρπετὰ δεικανάασκεν 55. ὁ δ' ἀνταμείβετο τοίως 71. ὁ μὲν ἄρ κατὰ ἄστυ μένει XXV. 45. ὁ μὲν σήραγγα προδείελος ἔστιχεν εἰς ἦν 223. αὐτὰρ ὁ κρᾶτα δαφοινὸν ἀπὸ χθονὸς ὦκ' ἐπάειρεν θαμβήσας 232. Ibi si exceperis Brunckium et Meinekium, fere omnes ὁ acuunt. ὁ γὰρ φιερώτατος ἄλλων fragm. in Beren. 4. ὁ δ' εἰς ἔργον πᾶσαν ἀφῆκε τέχναν Ep. VII. 6. ὁ δέ σφισιν οὐκ ἐπακούει B. I. 95. ὁ δ' οὐκ ἐμπάζετο μύθων V. 9. αὐτὰρ ὁ μειλίχιον μυκήσατο M. II. 97., ubi ὁ vulgo acuitur. ὁ δ' ἔμπλεος ἔσκε φόνοιο IV. 16. Locos, in quibus addita est vocula γέ, a Meinekio et Zieglero ubique cum ὁ in unam vocem conjuncta (priores editores sibi non constant) et in hac et in reliquis formis, vide in v. ὅγε*) — ἡ. ἁ δ' ἦνθε καὶ ἄγαγε τὸν λιπαρόχρων... Δέλφιν II. 102. ἁ δὲ Βίαντος ἐν ἀγκοίναισιν ἐκλίνθη III. 44. ἁ δὲ βαΰσδει εἰς ἅλα δερκομένα VI. 10. ἁ δὲ καὶ αὐτόθε τοι διαθρύπτεται 15. ἁ δ' ἀίοισα ζαλοῖ μ', ὦ Παιάν 26. ἁ δὲ γελάξαι δράγματα καὶ μάκωνας ἐν ἀμφοτέραισιν ἔχοισα VII. 156. ἁ δ' οὐδὲν παρεόντος ἐμεῦ XIV. 21. ἁ δὲ σμᾶμα φέρει XV. 30. ἡ δέ οἱ εὐμενέοισα παρίστατο XVII. 62. χἁ μὲν ἔβα με λιποῖσα XX. 17. ἡ δ' ἀπὸ μὲν στρωτῶν λεχέων θόρε δειμαίνουσα M. II. 16. ἡ δὲ πόρεν περικαλλέι Τηλεφάασσῃ 40. ἡ δέ μιν ἀμφαφάασκε 95. ἡ δὲ βαθυπλοκάμοισι μετέννεπε παρθενικῆσιν 101. ἡ δὲ μεταστραφθεῖσα φίλας καλέεσκεν ἑταίρας 111. ἡ δ' ἄρ' ἐφεζομένη Ζηνὸς βοέοις ἐπὶ νώτοις... ἔχεν ταύρου δολιχὸν κέρας 125. ἡ δ' ὅτε δὴ γαίης ἀπὸ (leg. ἄπο) πατρίδος ἦεν ἄνευθεν 131. ἡ δὲ καὶ αὐτὴ... ἄχνυται IV. 52. — τό. τό γε μὰν τεὶν ἀδὺ τέτυκται III. 27. [Sed ibi nunc improbo meam sententiam, ut infra ostendam]. τὸ δὴ μάλα θυμὸν ἰαίνει ἁμέτερον VII. 29. τὸ δὲ λύχνιον ἐν πρυτανείῳ XXI. 36. i. e. interprete Hermanno hoc vero est lucerna in Prytaneo. τὸ δ' οὐδ' ὄναρ ἦλυθεν ἄλλῳ M. IV. 18. — τοῦ. τῷ περὶ μὲν χείλη μαρύεται ὑψόθι κισσός I. 29. τῷ μὲν ἐγὼ πορθμεῖ Καλυδωνίῳ αἶγα.. ἔδωκα 57. τοῦ δ' ἄκρον τύψε γένειον Τυνδαρίδης ἐπιόντος XXII. 88. πολλὰ δ' ἔνυξεν ἀκριβὴς ὄμμασι Λυγκεὺς τοῖο σάκος 195. τοῦ μὲν ἄκραν ἐκόλουσεν... χεῖρα... Κάστωρ 196. τοῦ γάρ με καὶ ἤγαγεν ἐνθάδε χρειώ XXV. 44. τοῦ μὲν ἄναξ προσιόντος ἐδράξατο... σκαιοῦ ἄφαρ κέρας 145. τοῦ μὲν ὑπ' ἐκ χειρῶν ἔφυγεν ταύφλοιος ἐρινεός 250. τοῖο δὲ φοινήεντος ἀφ' αἵματος ἐξανέτελλεν ὄρνις M. II. 58. τοῦ δ' ἤτοι τὸ μὲν ἄλλο δέμας ξανθόχροον ἔσκεν 84. τοῦ δ' ἄμβροτος ὀδμὴ τηλόθι καὶ λειμῶνος ἐκαίνυτο λαρὸν ἀυτμήν 91. τοῦ δ' οὔτις γένετ' ἄλλος ἀποτμότερος ζωόντων IV. 11. — τῆς. τᾶς μοι πᾶς εἴη

*) Non singulatim Ellendtius hoc pronomen tractavit, quamquam ob aliquot scripturae discrepantias Brunckio probatas et ab ipso Ellendtio in aliis vocibus memoratas non inutile fuit.

πλεῖος δόμος IX. 33. — τῷ. τῷ καὶ τυ μάλα πρόφρων ἀρεσαίμαν I. 60. τῷ δ' ἔπι (scr. ἐπὶ) πᾶσαι καὶ πῶλοι μαίνονται ἀν' ὥρεα καὶ θοαὶ ἵπποι II. 48. τῷ δ' ἔπι (scr. ἐπὶ) Δαμοίτας ἀνεβάλλετο καλὸν ἀεῖδεν (leg. ἀείδειν) VI. 20. χώ μὲν τῷ σύριγγ', ὁ δὲ τῷ καλὸν αὐλὸν ἔδωκεν 42. τῷ δ' ἐφύπερθεν ἅλατο καὶ τῶγαλμα XXIII. 59. [Hanc emendationem, quam ex parte jam praeivit Reiskius, qui edidit genitivum τῶ δ' ἐφ., et Graefius, ex codicum vestigiis eruit Hermannus in Jahnii annal. philol. et paedagog. a. 1841. vol. 33. p. 257]. τῷ δ' ἐγὼ ἄλλον ὀιστὸν ἀπὸ νευρῆς προΐαλλον XXV. 235. τῷ δ' εἶπεν Ἀφροδίτα XXX. 17. ἐν τῷ δαίδαλα πολλὰ τετεύχατο μαρμαίροντα M. II. 43. τῷ μὲν ἀοσσῆσαι λελιημένος... Ἰφικλέης μεγάθυμος ἐπ' οὔδεϊ κάππεσ' ὀλισθών IV. 110. — τῇ. ἁ σκιὰ οὐδὲν ὁμοία τᾷ παρὰ τίν V. 49. τᾷ μὲν... Διώνας πότνια κούρα κόλπον ἐς εὐώδη ῥαδινὰς ἐσεμάξατο χεῖρας XVII. 36. τῇ μεγάλην ἐλάχαινε... τάφρον M. IV. 96. — τόν. ποτὶ τὸν ῥιπτεῖ νόον I. 37. τὸν δ' Ἀφροδίτα ἤθελ' ἀνορθῶσαι 138. τὸν δ' ἐγὼ ἀμείφθην VII. 27. τὸν δὲ μετ' αὖθις κἠγὼ τοῖ' ἐφάμαν 90. τόν μοι, Πάν,.... ἄκλητον τήνοιο φίλας ἐς χεῖρας ἐρείσαις 103. τὸν δ' ἄρα χώ Δάφνις τοιῷδ' ἀπαμείβετο μύθῳ VIII. 8. καὶ τὸν μὲν πίστευσα καὶ ἄγαγον ἀπειρώταν XXI. 58. [Haec conjectura est Hermanni, quam recepit Meinekius, sed dubia fit vestigia codicum et tenorem orationis respicienti. Ad multa tentamina, quibus hunc locum corruptum restituere volunt, addere mihi liceat hanc suspicionem, quae prope accedit ad ductus litterarum in codicibus: καὶ τὸν μὲν πίστευσα κάλ' αἰνετὸν ἀπηρώταν, et hunc putavi pulchre laudabilem continentis incolam, vel si mavis κάλ' αἱρετόν pulchre electum vel pulchre optabilem. De adverbio καλὰ infra accuratius dicetur]. τὸν πρότερος προσέειπεν ἀεθλοφόρος Πολυδεύκης XXII. 53. τὸν μὲν ἄναξ ἐτάραξεν 102. τὸν μὲν ἄρα κρατέων περ ἀτάσθαλον οὐδὲν ἔρξας 131. τὸν δ' ὁ γέρων προσέειπε XXV. 1. τὸν γάρ φασι μέγιστον ἐπουρανίων κεχολῶσθαι 5. τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη Διὸς ἄλκιμος υἱός 42. τὸν δ' ὁ γέρων ἑξαῦτις ἀμείβετο 51. τὸν μὲν ἐμοὶ πρώτιστα τελεῖν ἐπέταξεν ἄεθλον Εὐρυσθεύς 204. τὸν μὲν ἐγὼν.... ἔφλασα 262. τὸν δ' ἠλέησε Κύπρις XXX. 40. τὸν δὲ πολῖται τιμασεῦντι Ep. XIV. 3. τὸν μὲν ἔφευγεν ἁ καλὰ Γαλάτεια M. III. 60. τὸ μὲν ἐγὼ τίεσκον IV. 9. — τήν. τὰν δ' ἄρα χώ Δάφνις ποταμείβετο I. 100. τὴν δ' ὧδε προσεφώνεεν ἠύκερως βοῦς M. II. 153. — τό. τὸ μὲν ἀβλαβὲς εὐθὺς ἔθηκας XII. 25. τὸ μὲν... κατὰ στάθμην ἐνόησας XXV. 193. τὸ γὰρ πολέων περ ἐόντων Ἀργείων οὐδείς κεν ἔχοι σάφα μυθήσασθαι 197. — τώ. τὼ μὲν γὰρ ποτὶ γαῖαν ἀπ' ὤμων τεύχε' ἔθεντο XXII. 182. τὼ δ' ἄορ ἐκ κολεοῖο ἐρυσσαμένω 191. [v. meam ed.*) et Iliad. XII. 190]. τὼ δ' ἐξειλυσθέντες ἐπὶ χθονὶ γαστέρας ἄμφω αἱμοβόρους ἐκύλιον XXIV. 17. τὼ δ' αὖτε σπείραισιν ἑλισσέσθην περὶ παῖδα 30. — οἱ. οἱ δ' ὑπ' ἔρωτος... ἐτώσια μοχθίζοντι I. 37. χῷ μὲν ἁμᾷ βόσκοιντο IX. 4. τοὶ δ' ἔβαν ἐς χώραν XV. 57. οἱ δ' εἰς ἀμβρόσιον θάλαμον λευκοσφύρου Ἥβας ὅπλα καὶ αὐτὸν ἄγουσι XVII. 32. οἱ δὲ σφέων κατὰ πρύμναν ἀείραντες μέγα κῦμα... ἐς κοίλαν ἔρριψαν XXII. 10. οἱ δ' ἐπεὶ οὖν σπείραισιν ἐκαρτύναντο βοείαις χεῖρας 80. οἱ καὶ ἀτιμαγέλαι βόσκοντ' ἐριθηλέα ποίην XXV. 132. ὡς οἱ μὲν χλοεροῖσιν ἰαινόμενοι μελέεσσιν ἀλλήλοις ψιθύριζον XXVII. 65. οἱ δ' εὐθέως... στυγνὸν τὸν ὖν ἀνεῦρον XXX. 7. — αἱ. ταὶ δ' ἐν χερὶ πᾶσαι ἔφυσαν XIII. 47. αἱ δὲ σκυζόμεναι γυμνοῖς ποσὶν οἴκαδ' ἴασιν XVI. 8. χαὶ μὲν ἀμερξάμεναι λασίας δρυὸς ἄγρια φύλλα..... κάμον δυοκαίδεκα βωμούς XXVI. 3. ταὶ δέ οἱ αὖψα φάανθεν M. II. 33. αἱ δ' ἐπεὶ οὖν λειμῶνας ἐπ' ἀνθεμόεντας ἵκανον 63. ταὶ δ' οὐκ ἐδύναντο κιχάνειν 112.

---

*) Bucol. poet. gr. (Theocritus, Bio, Moschus, gr. et lat., recogn. et praef. crit. instr. C. Fr. Ameis.) Paris. Didot. 1846.

αἱ δ' ἄρα πᾶσαι κητείοις νώτοισιν ἐφήμεναι ἀντοχέοντο 118. — τά. τὰ δ' οὐ φρενὸς ἅπτεται αὐτᾶς I. 35. τὰ γὰρ πυρὶ πάντα βέβαπται M. I. 29. τὰ δ' οὐ νῦν πρῶτα κέκλανται IV. 64. τὰ δὲ πάντα πρὸς Εὐρυσθῆα τρέποιτο 123. — τῶν. τίς γὰρ τῶν, ὁπόσοι γλαυκὰν ναίουσιν ὑπ' ἀῶ XVI. 5. τίς τῶν νῦν τοιόςδε; 13. ἀλλ' οὔ σφιν τῶν ἦδος 40. τῶν πάντων Πτολεμαῖος ἀγάνωρ ἐμβασιλεύει XVII. 85. τάων εὐμαρὲς ὕμμιν ὀπυίειν ἅς κ' ἐθέλητε XXII. 161. τῶν μέν τ' οὔτις ἀριθμὸς ἐν ἠέρι γίνετ' ἰόντων XXV. 92. τῶν μέν τε προφέρεσκε βίηφί τε καὶ σθένεϊ ᾧ... Φαέθων μέγας 138. τῶν δ' ἡ μὲν ξείνης μορφὴν ἔχεν M. II. 10. τῶν δ' ἡ μὲν νάρκισσον.... ἀπαίνυτο 65. — τοῖς. τοῖς δὲ μέτα(scr. μετὰ) γριπεὺς.... τέτυκται I. 39. τοῖς δ' ἧς ξανθοτέρα μὲν ἑλιχρύσοιο γενειάς II. 78. τοῖς μὲν ἐπεπλατάγησα IX. 22. ἄλλοι δ' αὖ μετὰ τοῖσι δυώδεκα βουκολέοντο ἱεροὶ Ἠελίοιο XXV. 129. τοῖσι θοῶς ἀπέδειρα 278. τοῖς δ' ἐγὼ οὐ φθονέοιμι M. III. 108. [Sic ex plurimis optimisque codd. corrigendum putavi. Vid. adnot. in editione mea Parisiensi]. — ταῖς. τάκεαι ὀφθαλμώς, ὅτι οὐ μετὰ ταῖσι χορεύεις I. 91. ταῖς δὲ τριηκόσιοι σύναμ' ἐστιχόωντο XXV. 126. [Praeterea ibi ex codice Vat. A. scribendum est σὺν ἅμ' ἐστιχόωντο, ut alia hujus generis disjunctim scribuntur. Cf. ἐς τρίς II. 43. ἐς πάλιν V. 78. εἰς ἅλις XXV. 17 et εἰς ἅμα XX. 39. ex eleganti Heinsii conjectura. Etiam XXV. 51. videtur testibus libris optimae notae τὸν δ' ὁ γέρων γε πρὸς αὔτις ἀμείβετο vel simile quid olim scriptum fuisse. δῆλον ὅτι XI. 79. Potest σὺν fortasse etiam cum verbo conjungi, quemadmodum glossa apud Gailium habet συνεπορεύοντο. cf. XXV. 250 ὑπ' ἐκ χειρῶν ἔφυγεν i. e. ὑπὸ χειρῶν ἔκφυγε, ut jam explicavit Spitzner. excurs. in Il. XXIII. p. LXXIX. Separatim leguntur XI. 65 σὺν ἐμὶν ἅμα]. — τούς. τὼς δ' οὐδὲν ποτελέξαθ' ὁ βωκόλος I. 92 τοὺς δ' ἔλαβ' ὕπνος XXIV. 10. τοὺς δὲ κύνες προσιόντας ἀπόπροθεν αἶψ' ἐνόησαν XXV. 68. τοὺς μὲν ὅ γε λάεσσιν.... δειδίσσετο 73. τοὺς μὲν ἐγὼ δύστηνος ἐμοῖς ἴδον ὀφθαλμοῖσιν M. IV. 17. — τάς formae pronominis loco positae non exstat exemplum. — τά. τὰ δ' εἰς ὑγρὸν ᾤχετο κῦμα πνοιὴ ἔχοισ' ἀνέμοιο XXII. 167. τὰ δ' οὐκ ἄρ' ἔμελλε θεὸς μεταμώνια θήσειν 181. τὰ δ' οὐχ ὁρέοντι βέβαλοι XXVI. 14.

3. Nonnumquam nomen proprium vel appellativum postea infertur sive explicationis sive perspicuitatis caussa. ὁ δ' ἐς χθόνα κεῖτο νενευκὼς Λυγκεύς XXII. 204. ἦ γὰρ ὅ γε.... Μεσσάνιος Ἴδας μέλλε κασιγνήτοιο βαλεῖν σφετέροιο φονῆα 208. ἤτοι ὅ γ' εὐθὺς ἄυσεν.... Ἰφικλέης. XXIV. 25. ὁ δ' ἐναντίος εἴχετο χερσὶν Ἡρακλέης 27. οἱ δ' αἶψα προγένοντο λύχνοις ἅμα δαιομένοισιν δμῶες 52. τὼ δ' εἰς ἄστυ.... ἐστιχέτην, Φυλεύς τε βίη θ' Ἡρακληείη XXV. 154. ὁ δέ μ' εἶδε περιγληνώμενος ὄσσοις θὴρ ἄμοτος 242. In ejusmodi locis Zieglerus accentum omisit, qui ubique ei ponendus fuit, si constans sibi esse voluisset. ἡ δὲ κατ' αὐτοὺς [an forte κατ' αὖθι?] ποτᾶται κλάζουσα μάλα λιγὺ πότνια μήτηρ M. II. 24.

4. Longe usitatissimum est ὁ μέν — ὁ δέ, quamquam nonnumquam casu diversa, componi. Posterius ὁ δὲ interdum saepius iteratur. Utrumque et ad propius et ad remotius substantivum refertur. Significatur hic — ille vel alter — alter.

ὁ μέν — ὁ δέ. ἧς δ' ὁ μὲν αὐτῶν πυρρός, ὁ δ' ἡμιγένειος VI. 2. χὠ μὲν τῷ σύριγγ', ὁ δὲ τῷ καλὸν αὐλὸν ἔδωκεν 42. ὁ μὲν ἐς στῆθός τε καὶ ἔξω χεῖρας ἐνώμα αὐχένος ἀρχαγὸς Βεβρύκων, ὁ δ' ἄεκέσι πλαγαῖς πᾶν συνέφυρε πρόςωπον ἀνίκατος Πολυδεύκης XXII. 109. [Ibi in omnibus editionibus post Βεβρύκων plenius interpungitur, cujus rei non perspicio justam caussam]. χὠ μὲν βρόχῳ καθάψας ἔσυρεν αἰχμάλωτον, ὁ δ' ἐξόπισθ' ἐλαύνων ἔτυπτε τοῖσι τόξοις. XXX. 11.

— ἡ μέν — ἡ δέ. ἁ μὲν ἀν' ὄρχως φοιτῇ..., ἁ δ' ἐπὶ πήρᾳ πάντα δόλον τεύχοισα 1,*) 48. ἡ μὲν ξείνης μορφὴν ἔχεν, ἡ δ' ἄρ' ἐφκει ἐνδαπίῃ M. 2, 10. — ἡ μέν — αἱ δέ. ἡ μὲν νάρκισσον εὔπνοον, ἡ δ' ὑάκινθον, ἡ δ' ἴον, ἡ δ' ἔρπυλλον ἀπαίντο,.... αἱ δ' αὔτε ξανθοῖο κρόκου θυόεσσαν ἐθείρην δρέπτον M. 2, 65.

τοῦ μέν — ὁ δέ. τοῦ μὲν ἄκραν ἐκόλουσεν....χεῖρα..ὑπεξαναβὰς ποδὶ Κάστωρ σκαιῷ, ὁ δὲ πλαγεὶς ξίφος ἔκβαλεν 22, 196., ubi colon post σκαιῷ positum in comma mutandum videtur.

τῷ μέν — τῷ δέ. τῷ μὲν τόξον ἔδωκεν..., τῷ δὲ σιδάρειον σκύταλον 17, 30.

τον μέν — τὸν δέ. ἀνύεσθαι τὸν μὲν ἐς εὐφροσύναν καὶ χάρματα τὸν δ' ἐνὶ μόχθῳ B. 7, 7.

τὴν μέν — τὴν δέ. τὰν μὲν Κύπρις ἔχει, τὰν δ' ὁ ῥοδόπαχυς Ἄδωνις 15, 128.

τὸ μέν — τὸ δέ. ὡς τὸ μὲν ὥρνες ἔχωντι, τὸ δ' ἐς ταλάρως ἀπόθωμαι 8, 70. τὸ μὲν ψυχᾷ, τὸ δὲ καί τινι δοῦναι ἀόζων 16, 24. ᾧ κε τὸ μὲν εἴποιμι, τὸ δ' ἐκ φαμένοιο πυθοίμην 25, 49.

τω μέν — ὁ δέ. τὼ μὲν γὰρ ποτὶ γαῖαν ἀπ' ὤμων τεύχε' ἔθεντο, τοὶ γενεᾷ προφέρεσκον, ὁ δ' ἐς μέσον ἤλυθε Λυγκεύς 22, 181.

αἱ μέν — αἱ δέ. αἱ μὲν ἔχοντι λεπρὸν ἀπὸ πρίνοιο λεπύριον, αἱ δὲ μελιχραί 5, 94. αἱ μέν ῥα νέμονται ἐπ' ὄχθαις ἀμφ' Ἐλισοῦντος, αἱ δ' ἱερὸν θείοιο παρὰ ῥόον Ἀλφειοῖο, αἱ δ' ἐπὶ Βουπρασίου πολυβότρυος, αἱ δὲ καὶ ὧδε 25, 9. De alio loco, qui hic potest in censum venire, 22, 112 quum ibi primo adspectu αἱ μὲν — ὁ δὲ legantur, vide infra.

τὰ μέν — τὰ δέ. ἀλλὰ τὰ μὲν θέρεος, τὰ δὲ γίνεται ἐν χειμῶνι 11, 58.

5. Ubi καὶ orationi sic membratim dividendae adhibeatur non reperi apud bucolicos exemplum.

6. Porro ὁ μέν et ὁ δέ non inter se solum, sed etiam cum imparibus componuntur.

ὁ μέν — ὃς δέ et ὃς μέν — ὁ δέ.

Grammatici priorem compositionem plane silentio transmittunt et tantummodo parum recte observant (veluti Matthiae §. 289 adn. 7. et Rost. §. 99. adn. 11.), Dorienses maturius quam reliquos Graecos ὃς μέν — ὃς δέ pro ὁ μέν — ὁ δέ usurpasse. cf. Ahrens de Dial. Dor. p. 276. Neque hoc omni ex parte verum est, quod ubique docetur, solos seriores scriptores inde a Demosthene ita locutos esse. Nam legitur jam apud Phocylid. 1. ed. Bergk. Λέριοι κακοί· οὐχ ὁ μέν, ὃς δ' οὐ· quo eodem loco Bergkius Demodoci quoque parodiam affert. Ceterum apud Nonnum innumeris locis et saepe in Anthologia hoc genus dicendi inveniri satis notum est. Vid. interpr. in Thom. Mag. p. 1. sq. Hermann. in Vig. p. 706. 28. Naekius in Opusc. II. p. 179. Apud bucolicos haec exstant exempla: χή μὲν ἀνεγρομένη γε διέστιχε...., ὃς δ' ἐπὶ ταυρείας ἀγέλας 27, 67. χὠ μὲν ὀιστώς, ὃς δ' ἐπὶ τόξον ἔβαιν', ὃς δ' εὔπτερον ἄξε φαρέτραν, χὠ μὲν ἔλυσε πέδιλον Ἀδώνιδος, οἱ δὲ λέβησιν χρυσείοις φορέουσιν ὕδωρ, ὁ δὲ μηρία λούει, ὃς δ' ὄπιθεν πτερύγεσσιν ἀναψύχει τὸν Ἄδωνιν B. 1, 81. [Forma φορέουσιν scripta est ex sententia Hermanni (cf. meam edit.), nisi forte recte se habet φορέοισιν, quod codd. C. 10. offerunt. Nam Bio alia quoque in dialecto singularia habet, ad quae ego in mea editione nondum satis attentus fui]. ὃς μὲν ἔπινεν Παγασίδος κράνας, ὁ δ' ἔχεν πόμα τᾶς Ἀρεθοίσας M. 3, 77.

---

*) Inde ab hoc loco operae propter literarum majuscularum inopiam ad numerum Idylliorum designandum usi sunt numeris arabicis, quos pinguioris formae typis distinxerunt a numeris subsequentibus versuum ordinem indicantibus.

ὁ μὲν — ἐγὼ δέ. ὣς ὁ μὲν εἶπεν, ἐγὼ δέ οἱ ἁ ταχυπειθὴς...ἔκλιν' ἐπὶ λέκτρων 2, 138. — ἡ μέν — ἐγὼ δέ. χἁ μὲν ἀπῆνθεν, ἐγὼ δ' ὅσα βουκολίασδον νήπιος ὡς ἐθέλοντα μαθεῖν τὸν Ἔρωτ' ἐδίδασκον B. 5, 5. — οἱ μέν — ἐγὼ δέ. χὠ μὲν ἁμᾷ βόσκοντο...., ἐμὶν δὲ τὺ βωκολιάσδευ ἔμπροθεν 9, 4. νῦν δ' οἱ μὲν Θήβην κουροτρόφον ἐνναίουσιν...., αὐτὰρ ἐγὼ Τίρυνθα κάτα...ἰάπτομαι ἄλγεσιν ἦτορ. M. 4, 36.

ὁ μέν — σὺ δέ. τὸν μὲν ἔφευγεν ἁ καλὰ Γαλάτεια, σὲ δ' ἄδιον ἔβλεπεν ἄλμας M. 3, 60.

ὁ μέν — ἄλλος δέ. ὁ μὲν ἀμφὶ πόδεσσιν....καλοπέδιλ' ἀράρισκε...., ἄλλος δ' αὖ φίλα τέκνα φίλαις ὑπὸ μητράσιν ἴει, deinde ἄλλος ter iteratur 25, 102. — τῇ μέν...ἐν δ' ἄλλῃ· τῇ μὲν ἔχεν ταύρου δολιχὸν κέρας, ἐν χερὶ δ' ἄλλῃ εἵρυε πορφυρέην κόλπου πτύχα M. 2, 126.

ὁ μέν — τὸν δ' ἕτερον. ὁ μὲν εἴςπνηλος, φαίη χ' ὡμυκλαΐσδων, τὸν δ' ἕτερον πάλιν ὣς κεν ὁ Θεσσαλὸς εἴποι ἀίταν 12, 13. quem locum verissime explicavit Meinekius.

ὁ μέν — κεῖνος δέ. χὠ μὲν Τυνδαρέοιο καλὰν ἄεισε θύγατρα....., κεῖνος δ' οὐ πολέμως, οὐ δάκρυα, Πᾶνα δ' ἔμελπεν M. 3, 79.

τὸ μέν — ἀμφὶ δέ. τὸ μὲν ὅττι με πρῶτον ἀνήρευ, αὐτὸς....ἐνόησας, ἀμφὶ δέ σοι τὰ ἕκαστα λέγοιμί κε τοῦδε πελώρου 25, 193. ubi maximam distinctionem, quae post ἐνόησας posita est, mutavi in minimam. Idem in multis aliis locis hujus disputationis tacite faciendum putavi, quamquam, id quod jam doleo, in mea quoque editione neglectum est.

ἐγὼ μέν — ὁ δέ. ἄμμες μὲν φωνεῦντες ἐπίνομες, ὡς ἐδέδοκτο, ἁ δ' οὐδὲν παρεόντος ἐμεῦ 14, 20.

Interdum loco alterius nomen ipsum infertnr, veluti Πενθεὺς μὲν φεῦγεν πεφοβημένος, αἱ δ' ἐδίωκον 26, 16.

7. Ut μέν ante δέ, sic membrum sententiae ὁ μέν adhibito proferendum desideratur, vel in iis quae praecedunt tectius absconditum latet. Cf. Schaefer. in Lamb. Bos. p. 329. Hermann. in Vig. p. 699. 4. Stallbaum. in Plat. Protag. p. 330. A., in Sympos. p. 207. D. — Πτολεμαῖος..., ᾧ ἐπίπαγχυ μέλει πατρώια πάντα φυλάσσειν..., τὰ δὲ κτεατίζεται αὐτός 17, 105. ubi Kiessling. adnotavit: „τὰ δὲ non praecedente μὲν est alia.“ sed proprie ex quadam brachylogia locus explicandus est: ᾧ μέλει τὰ μέν, ἤγουν πατρώια πάντα, φυλάσσειν, τὰ δὲ κτεατίζεται αὐτός. Similiter illustrandum esse puto illud θαυμάζεσκον ἀκούοντες τότε μῦθον, οἱ δέ νυ καὶ ψεύδεσθαι ὁδοιπόρον ἀνέρ' ἔφαντο 25, 187. i. e. ἀκούόντων οἱ μὲν θαυμάζεσκον μῦθον, οἱ δέ κτέ. Porro intulit probabili conjectura Wordsworth. in Theocr. p. 21 hunc usum in Bionem 2, 23. καλὸν ἄειδεν, ὁ δ' ἀδέα γᾶρυν ἐπῄνει, i. e. ἁ μὲν καλὸν ἄειδεν.

8. Adverbialiter ponuntur articuli formae τῇ et τῷ.

τῇ ibi. τῇ μιν ἄρα προςέειπε Διὸς γόνον ὑψίστοιο Αὐγείω φίλος υἱός 25, 159. — τῇ καὶ τῇ huc et illuc. τᾷ καὶ τᾷ τὸν Ἔρωτα μετάλμενον ἀμφεδόκευεν B. 4, 6. ubi mirum est quosdam offendere et scribere τῷ καὶ τῷ potuisse non memores Hesiod. scut. Herc. 210. Apoll. Rh. III. 1312. Dionys. Perieget. 183. 637. 1072. Oppian. Cyneg. I. 503. Fere simili notione legitur τὰ καὶ τά. cf. Dissen. in Pind. Nem. I. 30. Wex. in Antig. II. p. 287,*) sed apud bucolicos non reperi exemplum.

τῷ quare, quam ob rem. τῷ καὶ ἐπεὶ δαίτηθεν ἴῃ κτέ 27, 28. τῷ οὔπω τινὰ φαντὶ (scr. τινά φαντι) ἀδεῖν τόσον ἀνδρὶ γυναικῶν 38. τῷ χέρε τεινόμενος περικλώμενον εὗρον ἀγῶνα 21,

*) Nihil de hac re monitum vidi apud Ellendtium.

48. Illud τῷ pro τὼ scriptum est ex Brigsii conjectura, cetera ex codd. et vett. edd. composita sunt. Significant verba: quare manus meas (pronomen in medio latet) extendens curvatum inveni certamen, i. e. incurvato dorso. τῷ μὲν θαυμάζεσκον ἀκούοντες τότε μῦθον 25, 186. τῷ μηδ' ἐξείπῃς πότ', ἐμὸν θάλος, ὥς σευ ἀκηδέω M. 4, 81. — τῷ tum. τῷ δ' ἐφύπερθεν ἅλατο καὶ τώγαλμα 23, 59. τῷ κε λώιον αὐτὸς ἔχων ἔμ' ἐπαινέσαις 29, 11. τῷ χήμᾶς κλαύσαντε φίλαις ἐνὶ χερσὶ τοκῆες...πυρῆς ἐπέβησαν ὁμοίης 4, 32. — Praeterea Hermannus (Opusc. V. p. 89 et in Vig. p. 786 ed. 4.) probabili conjectura ἐν τοῖς intulit in 10, 29. ἀλλ' ἔμπας ἐν τοῖς στεφάνω τὰ πρᾶτα λέγοντι.

9. ὁ μέν et ὁ δέ in partitione aliquando rei universae, quam alias genitivo proferri mos est, epexegesi facta ita solent apponi, ut ab eodem verbo regantur. Ita fit, ut cogitatio non statim ad partes properare possit ideoque partes parem potestatem consequantur ac totum. Quapropter etiam interpunctio minima videtur inserenda esse*). v. Dissen. in Pindar. Ol. VIII. 37. Nitzsch. adnott. in Odyss. III. p. 376 sq. Mehlhorn. de appositione p. 6 sq. Krueger. Gr. Gr. §. 47. 28. adn. 3. p. 54. — ἀμφὶ δέ νιν δυ' ἀλώπεκες, ἁ μὲν ἀν' ὄρχως φοιτῇ..., ἁ δ' ἐπὶ πήρᾳ πάντα δόλον τεύχοισα κτέ. 1, 48. ubi jam Scholiastae haec est adnotatio: τοῦτο δὲ τὸ σχῆμα οὐκ ἔχει κίνδυνον. οὐ γὰρ ἀφ' ἑτέρου ἐφ' ἕτερον ἡ μετάβασις γίνεται, ἵνα δέηται πλαγιασμοῦ, ἀλλὰ τὸ ὅλον εἰς μέρη (leg. ex sex codd.: ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ὅλου εἰς μέρη). ταὐτὸ δὲ τὸ ὅλον τοῖς μέρεσιν. Porro huc traho ex omnium librorum et vett. edd. scriptura σάρκες δ', αἱ μὲν ἰδρῶτι συνίζανον, ἐκ μεγάλου δὲ αἴψ' ὀλίγος γένετ' ἀνδρός, ὁ δ' αἰεὶ πάσσονα γυῖα ἁπτόμενος φορέεσκε πόνου, χροιὴ δέ τ' ἀμείνων. 22, 112. ibique vide quae adnotavi in mea editione. [πάσσονα nunc scripsi ex optimis codd. et edd. Ald. Iunt. cf. Hom. Od. 24, 369]. Ita hunc locum jam intellexisse videtur is, a quo profecta est glossa Laur. apud Warton. l. p. 227: αἱ μέν. γρ. τοῦ μέν' Ἀμύκου. Illud ipsum τοῦ μὲν recipi quidem vult Fritzschius de poet. Gr. bucol. p. 56, sed in illis quoque glossis Laur. γρ. nonnunquam pro ἤγουν ponitur. cf. in 14, 68., ubi Salvinius jam verum perspexit, in 15, 15. 16, 33. Ceterum σάρκες i. q. σώματα, ut apud Bio. l. 10. Eurip. Phoen. 1286. 1578. ἀμφότεροι παγαῖς πεφιλαμένοι, ὃς μὲν ἔπινεν Παγασίδος κράνας, ὁ δ' ἔχεν πόμα τᾶς Ἀρεθοίσας M. 3, 77.

10. Inprimis notabile est, quando in apodosi sententiarum ὁ demonstrative dictum exstat. οὓς γὰρ ὁρῆτε [sic pro ὁρεῦντι ex permultis codd. apud Gaisford. Gail. et ex ed. Junt. et schol. scripsi cum Fritzschio l. l. p. 55.] γαθεῦσαι, τὼς δ' οὔ τι ποτῷ διαλήσατο Κίρκα 9, 36. [ubi me invito in ed. Paris. τὼς δ' conjunctim legitur]. οὔπω τὸν μέσατον δρόμον ἄνυεν ἅρμα Σελάνας, τοὺς δ' ἁλιεῖς ἤγειρε φίλος πόνος 21, 20. καί κέν σευ τὸ καλόν τις ἰδὼν ῥέθος αἰνέσαι, τῷ δ' εὐθὺς πλέον ἢ τριέτης ἐγένευ φίλος 29, 17. ἐπεὶ ἀνδρὸς ἀμύμονος ἐς λέχος ἦλθον, τὸν μὲν ἐγὼ τίεσκον M. 4, 9. αὐτὰρ ἐπειδὴ παντὸς ἀφίκετο πρὸς τέλος ἔργου..., ἤτοι ὁ λίστρον ἔμελλεν ἐπὶ προύχοντος ἐρείσας ἀνδήρου καταδῦναι ἃ καὶ πάρος εἵματα ἔστο 101.

II. Secundum Homericum usum apud bucolicos quoque articuli formae vices relativi pronominis suscipiunt. Quum omnia hodie nota sint, nihil superest, nisi ut exempla per singulos casus recenseam.

---

*) Id fecit ipse I. Bekker in Iliad. 3, 211, sed neglexit in Odyss. 12, 73. Pariter Meinek. apud Theocr. 1, 48. distinctionem interposuit, at apud Mosch. 3, 77 omisit.

Nominativus ὁ pro ὅς. Ἄδωνις, ὃ κὴν Ἀχέροντι φιλεῖται 15, 86. τὸν Ἄδωνιν, ὃ μοι θάνε B. 1, 57. — τό. φίλαμα, τὸ κουφίζει τὸν ἔρωτα 23', 9. ἔνισπε, τό τοι καὶ κέρδιον αὐτῷ ἔσσεται 25, 34. ἐξερέω, Κλεόδαμε, τό μοι πέλεν ἄδιον ἄλλων B. 3, 11.

Genitivus masculae et femininae formae: ὀφθαλμόν, τῶ μοι γλυκερώτερον οὐδέν 11, 53. — ἐρωτίδα, τᾶς ποκ' ἐκνίσθη 4, 59. ὅις ποίμνας, τᾶς τὸν πόδα κάκτος ἔτυψεν 10, 4. ἄλοχος, τᾶς οὔτις ἀρείων 17, 128. Ἑλένα, τᾶς πάντες ἐπ' ὄμμασιν ἵμεροί ἐντι 18, 37. μολπάν, τᾶς φάρμακον ἄδιον οὐδέν B. 14, 3.

Dativus femininae formae: Ἀρτέμιδος, τᾷ δὴ τόκα...θηρία πομπεύεσκε παρασταδόν 2, 67. ἀλόχω..., σὺν τᾷ πολλὰ μὲν ἔργ' ἐκτελέσεις 28, 10.

Accusativus omnium generum: στέφανον..., τόν τοι...φυλάσσω 3, 22. ἐγώ, τὸν ἴσας 14, 34. ὅρκον γὰρ ἐγώ, τὸν ἐπώμοσα, ταρβῶ 21, 62. ποτὶ τὸν θεὸν ἦνθε, τὸν ὕβρισε 23, 58. Ἀρπαλύκῳ Φανοτῆι, τὸν οὐδ' ἂν...τις ἔμεινεν 24, 115. Ἔρωτα, τὸν οὐ φύγε παρθένος ἄλλη 27, 18. γυμνὸν τὸν εἶχε μηρὸν ἐμαινόμαν φιλᾶσαι 30, 30. ἄρνα, τὸν ἴσχω σακίταν Ep. 4, 17. — ἀλωά, τὰν ὀλίγος τις κῶρος φυλάσσει 1, 47. Ἑκάτᾳ, τὰν καὶ σκύλακες τρομέοντι 2, 12. αἶγα.., τάν με...αἰτεῖ 3, 35. τάν μοι ἔδωκε Λύκων 5, 8. κορύναν, τάν μοι πατρὸς ἔτραφεν ἀγρός, αὐτοφυῆ, τὰν οὐδ' ἂν ἴσως μωμάσατο τέκτων 9, 23. 24. ᾠδάν, τὰν τοκ' ἐγὼ...ἄεισα 29. ἀσπίδα, τὰν... ἀπεσκύλευσε 24, 4. ξείνη, τὴν εἴσιδον M. 2, 24. — τὸ Κροκύλος μοι ἔδωκε 5, 11. ἕλκος...., τό οἱ ἥπατι πᾶξε βέλεμνον 11, 16. ὕδωρ, τό μοι...προΐητι 47. ῥόπαλον, τό οἱ αἶν' ἐχάνδανε δεξιτερὰ χείρ 13, 57. γράμμα, τὸ σοῖς τοίχοισι χαράξω 23, 46. ἔργοιο, τό οἱ μετὰ χερσὶν ἔκειτο 25, 2. βάκτρον ... ἔμμητρον, τὸ μὲν αὐτὸς ... ἔσπασα 209. φίλαμα, τὸ μήποτε Κύπρις ἀφήσει B. 1, 12. [Ibi fortasse τὸ μὴ οὔποτε Κύπρις ἀφήσει scribendum est]. κῦδος...., τό μοι πάρος ὤπασε Μοῖρα 7, 3. [Ibi servata librorum scriptura Μοῖρα, quod primus in Μοῖσα mutavit Longopetraeus, τά correxi in τό. Pari modo Germanice locum convertit I. H. Voss., quamquam nihil in libello Randglossen ꝛc. adnotatum est]. φίλαμα, τὸ πρώαν ... φίλασεν M. 3, 69.

Nominativus pluralis cujusque generis: ποταμοί, τοὶ χεῖτε καλὸν...ὕδωρ 1, 118. ἥρωες, τοὶ...ἐγένοντο 17, 5. τὼ μὲν...τεύχε' ἔθεντο, τοὶ γενεᾷ προφέρεσκον 22, 183. τὶν ὧδ' ἀνέθηκαν τοὶ Συρακόσσαις ἐνίδρυνται Ep. 17, 5. sed ibi rectius legitur οἱ. — Ἀλκυόνες, γλαυκαῖς Νηρηΐσι ταὶ τὰ μάλιστα ὀρνίχων ἐφίλαθεν 7, 59. Sic ex uno codice et ed. Call. cum Brunckio scribendum videtur. — κηγὼ μὲν τὰ φρενῶν ἐρέω κέατ' ἐν μυχῷ 29, 3.

Genitivus feminini et neutrius generis: κόραι..., τᾶν οὐδ' ἄν τις ἄμωμος 18, 25. — ῥόδα, τῶν ἄνδρα...πεφύκει 5, 90. Praeterea hic afferri potest ὧν ἴδες, ὧν εἶπας καὶ ἰδοῖσα τὺ τῷ μὴ ἰδόντι 15, 25. i. e. ὧν ἴδες, τούτων κτέ v. quae collegi in Jahnii Annal. phil. et paedag. a. 1845. vol. 45. p. 105.

Dativus cujusque generis: πολλούς..., τοῖς πᾶσι μέλει...ὑμνεῖν 16, 102. κάλαμοι, τοῖς πολλάκι κἠμὲ τιτρώσκει M. 1, 21. — ἑταίρας, τῆσιν ἀεὶ συνάθυρεν M. 2, 30. — ἐνὶ φάρεσιν.., τοῖς.. τὸν ἱερὸν ὕπνον ἐμόχθει B. 1, 73.

Accusativus omnium generum: ἄνδρας ὁρῶ, τοὺς μήποτ' ὄπωπα 22, 55. μόχθων, τοὺς...μοχθίζει M. 4, 43. — δαμαλᾶν..., τάς μοὶ..λίψ..ἐτίναξεν 9, 10. — ἐσθλά, τά.. Ζανὸς ἐπὶ θρόνον ἄγαγε φάμα 7, 93. ὅσσα γυναῖκες...πονέοντα,....τά τ' ἐν ὑγρῷ ἐλαίῳ 15, 117. φάρμακα..., τὰ καὶ θεοὶ ἐχθαίροντι 24, 29. τετέλεστο, τά περ φάτο M. 2, 162.

Adn. 1. De formis, quae modo recensitae sunt, fere idem valet quod supra de usu formarum *τοί* et *ταί* adnotatum est. Sed praeter necessitatem posita leguntur: *τᾶς* 10, 4. quod tamen Ziegler. ex optimis codd. et vett. edd. recte mutavit in *ἄς*. porro *τὰν* 9, 23. et B. 14, 3. *τό* Th. 11, 16 (ubi quinque codices habent *ἢ οἱ*, quod in *ἅ οἱ* mutatum receperunt Brunck. Valck. Gaisford. Kiessl.) 47. *τούς* M. 4, 43. Sed quamquam ex codicibus nulla scripturae discrepantia enotata est, tamen dubito, quin loci hujus generis sint labis immunes. Ceterum ab initio versus leguntur etiam *οὗ* 24, 80. *ᾧ* 8, 27. 17, 104. 114. 25, 49. *ὅν* 5, 107. M. 2, 39. *ἣν* M. 2, 110. *οἷ* 13, 4. 38. 16, 47. 25, 132. 203. Ep. 17, 5. M. 2, 161. *αἷ* 5, 18. 26, 37. *ᾧν* 9, 18. 15, 25. Ep. 18, 4. *οἷς* 17, 12. *οὕς* 17, 132. *ἅς* 25, 32. M. 3, 47. 4, 76.

Adn. 2. In interpunctione ponenda editores sibi non constant; nam commata quae vocant modo interserunt modo omittunt. Ita Meinekius, qui ubique incisionem tollere voluisse videtur ante has formas, id fecit 1, 118. 4, 59. 9, 23. 11, 47. 53. 13, 57. 21, 62. 22, 55. 23, 58. 25, 2. Ep 4, 17. B. 1, 12. 57. 3, 11. 7, 3. M. 2, 24. 162. 3, 69. sed in multis aliis locis, qui eadem sunt natura, interpunctionem reliquit fortasse invitus*) Zieglerus contra recte, ut mihi videtur, ubique orationem commatibus distinxit praeter 21, 62. et 23, 9. Jure abest interpunctio 30, 30.

III. Hic in censum venirent formae *τού* et *τῷ*, sed apud bucolicos non exstant certa exempla. Nam 3, 27. *τεῷ* nititur Bergkii conjectura, quam recepit Meinekius, sed librorum scriptura *τό γε μὰν τεὸν***) *ἁδὺ τέτυκται* defendi potest, modo ne *τό* pro pronomine, quod intellexisse videtur etiam Zieglerus, accipias. Est potius jungendum *τὸ ἁδύ* substantive dictum: tua quidem certe voluptas parata est, quocum comparare licet Xenophonteum illud *τοῖς ὑμετέροις δυσμενέσι* et Demosthenis *ὁ σὸς κοινωνός, οὐκ ἐμός*, et quodammodo ex ipso Theocrito: *τὸν ἐμὸν βαρυνεῦντα φίλον καταθύσομαι* 2, 3. *τὸν ἐμὸν τὸν ἕνα γλυκύν* 6, 22. *ἐμὸν κακόν* 14, 36. *ἱερὸν ἁγνόν* 25, 22. [ubi praeter necessitatem ut mihi videtur Zieglerus recepit *ἱερὸν ἔρνος*. nam *ἱερὸν* substantive dictum et ad *πλατάνιστοι* et ad *ἀγριέλαιος* pertinet]. *ἱερὰ..πεπονημένα* 36, 7. *Κύπριδος ἱρὸν..χλωρόν* 28, 4. *τὸν πρᾶτον φιλεῦντα* 29, 18. *δραπετίδας ἐμός* M. 1, 3. Potest vero etiam locus cum Briggsio sic explicari, ut *τὸ τεόν* pro subjecto et *ἁδὺ τέτυκται* pro praedicato positum esse cogitetur, quae explicatio placuit etiam Frankio in Jahnii Annal. a. 1831. 1. fasc. 3. Porro 28, 24. inde a Brunckio scribitur *κεῖνο γάρ τις ἐρεῖ τῳ ποτιδών σε*, quod etiam

---

*) [Simili modo, atque apud bucolicos supra notatum est, in Pindari quoque recentissimis editionibus saepius ante has formas colon positum est, ubi aptior videtur minima distinctio, veluti Pyth. 1, 2. 16. 21. 61. Nam Pindarus ex more Graecorum a relativa structura saepissime transit celeriter in demonstrativam, ut primo quem attuli loco factum est. cf. Naegelsb. in Iliad. I. 79. Bernhardy Synt. p. 304. Krueger. Gr. Gr. §. 59. 2. adnot. 6.].

**) [Ut hoc loco conjecturam *τεῖν* justo celerius a me receptam nunc improbo, sic etiam apud Bionem X. 3. scribi velim, quod codices Stobaei aperte suppeditant, *καὶ τὶν αὐτά*, quum versus spondaici a bucolicis non abhorreant (cf. B. 1, 18. 25. 27. 34. al.) et in locum quem dixi Bionis talis exitus gravitatem inferat aptissimam].

Ziegler. servavit, sed hunc locum jam Ahrens emendavit lenissima conjectura τῶπος ἰδών, quam et ipsam proposuit Wordsworth.

IV. Pervagatus est articuli praepositivi usus.

A. De forma et scriptura.

1. Dorismus articuli regnat ubique in iis carminibus, quae Dorica dialecto scripta sunt, ita ut non opus sit singula exempla enumerare. Illud enim discrimen, quod statuendum est inter carmina, quae exquisitioribus tantum legibus epicum colorem admixtum habent, et inter carmina, quae liberiorem epici sermonis concedunt usum, etiam ad articulum pertinet. Itaque in priore genere non solum ἁ τᾶς τᾷ inveniuntur, sed etiam severior dorismus τῶ et τώς, in altero genere leguntur quidem ἁ τᾶς τᾷ, sed retinentur τοῦ et τούς. Formae vulgares, quae olim hic et illic in aliquo dorico carmine relictae erant, nunc ubique remotae sunt plerumque addicentibus libris. Nam duo tantum loci sola conjectura nituntur: τῶ 9, 12. Wintertoni et 21, 17. Brunckii. Cum eodem Brunckio etiam 21, 20. τώς recipiendum videtur.

De accentu et spiritu nihil monendum est, praeterquam quod unus Scholiastes Theocr. 1, 1. tradidit, initiale ᾱ ex η̄ ortum lenem adsciscere excepto articulo, sed alius Scholiastes id mirum praeceptum jam refutavit. v. Ahrens de Dial. Dor. p. 39.

2. Crasis articuli praepositivi.

Verissime Ahrens de crasi et aphaeresi p. 3. observavit, crasi non posse conjungi nisi quae voces facile sub unum accentum comprehendantur. Et quum idem vir praestanti ingenio jam omnia ceteris melius exposuerit (adde Mehlhorn. Gr. Gr. vol. I. p. 96 sqq.) atque Meinekius ubique secutus sit veram scribendi rationem, nihil ego superesse mihi video, nisi ut omnia exempla justo ordine disponam.

a. Cum sequente voce articulus per crasin coit.

ᾱ et ᾱ coalitum necessario fit ᾱ longum. τἀλαθέα 3, 31. τἄλσεα 5, 32. τἀκριβέα 15, 81. τἄγκιστρα 21, 10. τἀγκίστρια 21, 57. Praeterea olim bis legebatur τἄλλα: 1, 110 et 14, 60. sed in priore loco Brunckius Dahlius alii ex optimis codd. et vett. edd. recte receperunt πάντα, in altero loco totus versus, qui jam Dahlio Meinekio aliis suspectus fuit, nunc a Zieglero ex ordine verborum plane sublatus est. Denique τἄματα 21, 23. ex vett. edd. ego ipse in τ' ἄματα mutatum velim. cf. meam editionem.

ᾱο fit ῱ ut vulgo. τὠστία 4, 16. τὠνείρατα 21, 31.

ᾱι — ᾱ semel (quod fugit Muehlmannum Leg. dial. p. 88) in τἀτρακτυλλίδες 4, 52. contraxerunt Gaisford. Graef. Kiessl. Wuestem. Meinek. Boisson. Weis. Wordsworth. auctore Falckenburgio. [Porro Briggsius scripsit ταὶ 'τρακτυλλίδες ex sententia Gaisfordii ad Hephaest. Sed videtur librorum scriptura ταὶ ἀτρακτυλλίδες cum Geelio A. Jacobsio Gailio Didoto Zieglero servanda et per synizesin legenda esse, unde simul lux spargenda sit in synizesin οἱ ὥρια 15, 112. Ibi enim jam expulsum velim quod fervidius verbis poetae interposui].

῱α dorice coit in ῱, epice in ᾱ. ὠπόλος 1, 87. ὥστοργος 2, 112. Ὤδωνις 3, 47. Ὠπόλλων 5, 82. Ὤρατος 7, 98. ubi Boissonad., immerito veritus ne quis sibi nomen Arati inde fingat, scripsit Ἄρατος, quod abhorret a bucolicorum consuetudine. ὠφρόντιστος 10, 20. ὠρχαῖος 11, 8. ὠὐτός 11, 34. 18, 22. 26, 23. ὠμνκλαίσδων 12, 13. Ὠμφιτρύωνος 13, 5. ὠργεῖος 14, 12.

ὤνθρωπος 15, 83. 89. ὠνθρώπων 15, 107. ὤνηρ Ep. 20, 1. ὤνεμος M. 5, 1. 8. — τὤροτρον 10, 31. τωὔλιον 11, 12. τὠμπέχονον 15, 21. 39. 71. 27, 57. [sed in postremo loco ex edd. Junt. Crat. Wechel. scribendum est τἀμπέχονον. Eandem formam haud dubie praebuit fons, unde cod. Ambros. 75. (Mediol. 3. apud Ziegl.) manavit. Nam Zieglerus refert, in illo codice versum 57. deesse, et in versu 58. offerri τἀμπεχόνην omisso ἄλλην. Id ita explicandum esse puto, ut quicunque illum codicem descripsit, initio versus quinquagesimi septimi τἀμπε picto protenus oculis aberraverit ad versum sequentem, ideoque vocabula ταμπέχονον et ἀμπεχόνην commiscuerit ἄλλην omisso]. τὤγαλμα 23, 60. Ep. 10, 2. — ταὔλιον 25, 84. et, quod modo monui, τἀμπέχονον 27, 57.

$\overline{οε}$ transit dorice in $\overline{ω}$, epice in $\overline{ου}$. ὤλαφος 1, 135. ὤριφος 5, 24. 30. ὤτερος 7, 36. 8, 90. — θὤτερον 11, 32. τὤπος 28, 24. ex Ahrentis emendatione. — Praepositionis ἐκ (nam alia cum articulo juncta non exstat) haec sunt: ὡκ Ep. 20, 4. χὡκ Th. 1, 72. ὡξ 1, 65. 28, 17. et epice οὐξ 25, 180. — Pronominum ἐγώ et ἐμός haec sunt: ὡγώ 2, 54. χὡμός 15, 18. τὠμῶ 21, 30.

$\overline{οο}$ per crasin in $\overline{ω}$ coalescit. Unum tantum modo exemplum exstat τὤρνεον B. 4, 12. Idem v. 4. ex conjectura repositum volunt Valcken. et J. H. Voss. et sic revera scripsit Manso. [Wakefieldius hiatum removit conjectura φαίνεται in ordinem verborum recepta. Sed concessus est hiatus in fine quarti pedis, cujus quattuor tantum se invenisse exempla scribit Muehlmannus Leg. dial. p. 84., at fugerunt eum ?, 83 (ex lectione Meinekii). 9, 35. 19, 8. et hic locus Bionis. Ego ex cod. intuli in M. 2, 120].

$\overline{οι}$ — $\overline{α}$ fit $\overline{ω}$. ᾠπόλοι 1, 80. ὤρνες 8, 70. ὤλλοι 18, 17. sed 22, 178. ὤλλοι a carminis illius dialecto alienum est. cf. τοῦ 62. 88. 196. τούς 55. τοῖο 195. τάων 161. ἡ 27. τῆς 59., atque optimi codices et edd. Junt. Ald. habent ἄλλοι, quod recte revocavit Zieglerus coll. Wellauer. in Apoll. Rh. 1, 910., revocasse se dicit Reiskius in adnotatione [Ibi praeterea fere ex iisdem codd. cum Reiskio Brunckio Harlesio reposuerim πάντες. Nam inter se opponuntur εἷς νέκυς ἐξ ἑνὸς οἴκου et ἄλλοι πάντες. cf. Mosch. 2, 48. δοιοὶ δ' ἕστασαν...ἀολλήδην. Soph. Trachin. 511. ibique schol. et Herm. Adde τότ' ἄλλος, ἄλλοθ' ἅτερος Soph. Elect. 739 et Theocr. 6, 45. 7, 36. Ex eadem ratione jure suum locum tuetur πάντες 22, 142].

$\overline{ωα}$ et $\overline{ωε}$ et $\overline{οω}$ absorpta vocali tenuiore in $\overline{ω}$ coeunt. τὤντρω 8, 72. quod postea pluribus codicibus confirmatum primus recepisse fertur Wintertonus; sed jam exstat in ed. Wechel. et haud dubie in aliis vett. edd. τὤντρῳ 11, 44. τὤλγεος 20, 16. τὠγκίστρῳ 21, 46. τὠγκίστρω 21, 56. Formas ὦγαθε, ὤνθρωπε al. v. in ὦ. — τῶὐβούλοιο 2, 66. τὠμῶ 21, 30. τὠραμένῳ 29, 32. — χ'Ωρίων 7, 54.

2. Cum praecedente voce articulus crasin patitur in particula καὶ et praepositionibus apocopatis.

καί — ἡ fit χἡ 27, 68.

καί — ἁ fit χἁ 4, 28. 5, 34. 126. 7, 67. 8, 16. 77. 9, 7. 8. 19, 7. 20, 17. 26, 1. B. 3, 18. 5, 5. 15, 2. M. 5, 7.

καί — αἱ coalescit in χαἱ 2, 12. (ex Blomfieldii conjectura). 8, 44. 46. 48. 26, 3.

καί — *ὁ* coit in *χώ* 1, 100. 138. 140. 3, 43. 4, 20. 37. 43. 6, 1. 42. 7, 90. 130. 132. 8, 8. 44. 48. 52 (ex conj.). 77. 9, 8. 13, 19. 14, 4. 30. 15, 126. 19, 8. 20, 33. 21, 46. 30, 11. B. 1, 81. 83. 4, 7. 16, 1. M. 3, 79. Omnes locos memoravi, ut verbo jam moneam de falsa scribendi ratione *φαίη χώ 'μυκλαΐζων* 12, 13. quae deprehenditur (ne antiquiores enumerem) in edd. Dahl. Schaefer A. Jacobs. Wuestemann. Boisson. Ziegler. et apud Muehlmann. Leg. dial. p. 88 et 91. [in mea quoque editione operarum errore vitiatum est]. Nam *χ'* illo loco est *κὲ* et spectat ad *φαίη* ideoque cum articulo coalescere non potest, quum *χώ* ubique sit *καὶ ὁ*. [Similiter perspicuitatis caussa dispescendum videtur *χῶ τι* 14, 52. (ibi enim me invito conjunctum est in mea editione) ut statim in oculos incurrat discrimen a *χῶτι* 29, 27. Ep. 16, 5., praesertim quum alioquin diligenter distinguere soleant inter *ὅ τι* (7, 51. 24, 69.) et *ὅτι* (1. 88. 91. 2, 101 etc.); sed *ὅ ττι* 25, 193. (id quoque ego in meo exemplo separaveram) et *ὅττι* 5, 143. 10, 43 etc. plurimi rursus confundunt.

καὶ — *οἱ* in recentissimis editionibus coit in *χοἱ* 8, 28. 29. 9, 4. (alii loci non exstant), quod repugnat analogiae formarum *χώ, χῶσους, χῶτι, χῶταν*. Sed ex compluribus codicibus et glossa schol. apud Gailium, ex uno Vatic. apud Ziegler., ex Ben. R. et V. apud Wartonum enotatum est *χῷ*, et hanc ipsam formam, probatam etiam Ahrenti de Dial. Dor. p. 221., repraesentant in duobus prioribus locis edd. Heins. Sheldon. Reisk. Warton. Harles. Stroth. et in 9, 4. (ubi Ziegler. plane tacet) edd. Heins. Sheldon. Warton., quorum postremus ibi in nota miratur, hunc dorismum ab Heinsio receptum ad posteros non promanasse. v. Buttmann. Gr. ampl. §. 29. not. 19. [Similiter Meinekius 15, 74., quamquam sine libris, recte scripsit *κῷκτίρμονος*].

Porro articulus in unam vocem conjungitur cum praepositionibus apocopen passis: *κάττῶ Λάκωνος* 5, 143. *ποττῶ Διός* 4, 50. 5, 74. 15, 70. *ποττὸν ἔρωτα* 11, 1. *ποττὰν ζόαν* Ep. 17, 9. In duobus prioribus locis complures codices praebent *ποτὶ τῶ Διός*. Praeterea ex conjectura inferre quidam volebant *ποττὰν νύχθ'* 18, 27. [quod Mehlhorn. Gr. Gr. §. 69. affert quasi esset librorum scriptura]. De re commentatus est Valckenarius in 4, 50. [ubi Ziegler. aut immemor fuit locorum 5, 143. 16, 92. 17, 62. 20, 39. 22, 43. 204. 25, 15. 242. 256. 28, 25. 29, 25. Ep. 17, 9. aut non satis dilucide explicavit suam mentem] et Ahrens de Dial. Dor. p. 354 sqq.

3. Duplex crasis adest, ubi particula *καί* articulo praecedit, et simul nomen vel pronomen vel *ἐκ* praepositio articulum sequitur. *χ'Ωδωνις* 1, 109. *χ'Ωρίων* 7, 54. *χῶνηρ* 15, 148. Ep. 17, 1. *χῶμός* 15, 18. *χὼκ* 1, 72.

B. Usus articuli praepositivi syntacticus.

In universum articulus definit infinita, idque duobus modis, aut designando certo de multis, aut quae multa sunt cunctis in unum colligendis. Veteres grammatici prius dicunt *ἀναφορὰν*. v. Bekker. Ann. Gr. II. p. 899. 902. coll. 873. Apoll. de pron. p. 16. Synt. I. 12. p. 47. coll. I. 7. p. 34. et posterius voce *ἀοριστωδῶς* designant. Apollon. Synt. I. 35. p. 76.

I. Nominibus applicatur

a. Propriis apud bucolicos saepissime; et de his poetis idem valet, quod Her-

mannus in Eurip. Iph. Aul. praef. p. XVII sqq. de tragicis monet, nimirum ut articulus apponatur ad illud nomen, quod aut loquenti vel ei quicum is loquitur in animo versatur, aut fama et sermonibus hominum celebratnm est. Exempla vide in *Ἄδωνις, Ἄλεις, Ἀμαρυλλίς, Ἀπόλλων, Ἄρατος, Ἀργεία, Ἀργεῖος, Ἀργώ, Ἀρέθουσα, Ἄρης, Ἀταλάντη, Ἀφροδίτη, Βελλεροφῶν, Γαλάτεια, Δαμοίτας, Δάφνις, Διόνυσος, Δωριεύς, Ἑκάτη, Ἑλένα, Ἔρως, Εὔβουλος, Ζάκυνθος, Ζεύς, Ἥρα, Ἠώς, Θεσσαλός, Θευμαρίδα, Θούριος, Θρῆσσα, Κάρνεα, Κλεαρίστα, Κρατίδας, Κρότων, Κυθέρεια, Κυθήρη, Κύκλωψ, Κυμαίθα, Κυναίθα, Κυνίσκα, Κύπρις, Κώναρος, Λακεδαίμων, Λακίνιον, Λάκων, Λαμπριάδης, Λαρισσαῖος, Λυκίδας, Λυκώπας, Μιδεᾶτις, Μίλητος, Μοῦσα, Μύνδιος, Μυτιλήνη, Νήαιθος, Νύμφη, Ξενία, Παιήων, Πάν, Παφία, Πειρίθοος, Πιερίς, Πλοῦτος, Πολύφημος, Πρίηπος, Πρωτεύς, Σαμία, Σεμέλη, Σπάρτη, Συβαρίτης, Τήλεμος, Τίτυρος, Τρίτων, Φάλαρος, Φοῖβος, Χάρις, Ὠρίων.*

b. Appellativis junctus articulus ex iis tantum locis enotabitur, in quibus vel non recte intellectus est vel paulo memorabiliorem habet usum. Primum *δεικτικῶς* ponitur in *ἀπὸ τᾶς πέτρας* 1, 8. *ὑπὸ τὰν πτελέαν..τῶ τε Πριήπω καὶ τᾶν Κρανιάδων* 21. *τὰὶ δρύες* 23. *ἁ βομβεῦσα μέλισσα* 3, 13. in quem locum recte jam Heinsius Lectt. Th. c. VII. p. 317 ed. 1604: „apiculam forte fortuna praetervolantem notabat.“ *ποτὶ τὰν πίτυν* 38. *αἱ βόες* 4, 1. *τὰ μοσχία· τᾶς γὰρ ἐλαίας τὸν θαλλὸν τρώγοντι* 44. *ἁ γὰρ ἄκανθα ἁρμοῖ μ' ὧδ' ἐπάταξε* 50. *ἀπὸ τᾶς κράνας* 5, 3. *ταύτας τὰς λιμνάδας...Νύμφας* 17. *ὥριφος· ἀλλ' ἄγε, καὶ τὺ τὸν εὔβοτον ἀμνὸν ἔρειδε* 24. *ὄμμασι τοῖς ὀρθοῖσι* 36. ubi non opus est cum Hermanno *τοῖσδ'* scribere. *τάν τοι.. κορύναν δωρύττομαι.* 7, 43. *ἐν τᾷ γᾷ* 11, 79. in hac terra i. e. Sicilia. [pronomen hac adde in mea editione]. *Εὐνόα, αἶρε τό νᾶμα* 15, 27. aufer haec fila, quae negligenter humi jacere cogitanda sunt. *δεῦρ' ὑπὸ τὰς κοτίνους* 27, 10. *δεῦρ' ὑπὸ τὰς πτελέας* 12. Similiter *ἐλπὶς τῶν ὕπνων* 21, 66. horum vel hujus generis somniorum. v. meam editionem. [Ibidem fortasse quis mea interpretatione rejecta conjiciat: *εἰ μὲν γὰρ κλωστῷ κτλ.* coll. Eurip. Troad. 538: *κλωστοῦ δ' ἀμφιβόλοις λίνοισι,* et Aeschyl. Choeph. 507. *φελλοὶ δ' ὡς ἄγουσι δίκτυον, τὸν ἐκ βυθοῦ κλωστῆρα σώζοντες λίνου.* at mihi quidem non probabiliter]. — Porro commode potest resolvi articulus adhibito pronomine relativo, unde cum eleganti quadam breviloquentia dicitur. v. Matthiae Gr. Gr. §. 472. 4. *ἄδιον, ὦ ποιμάν, τὸ τεὸν μέλος ἢ τὸ καταχὲς τᾶν ἀπὸ τᾶς πέτρας καταλείβεται ὑψόθεν ὕδωρ* 1, 7. i. e. *ἢ τὸ καταχὲς τᾶνο ὕδωρ ἐστίν, ὃ καταλείβεται.* cf. Virg. Ecl. 5, 45 sqq. Boissonado immerito placet Reiskiana syntaxis, *ἀπὸ κοινοῦ* repetito verbo *καταλείβεται* ad *μέλος*. *τί δὲ τὸ πλέον ἕξει ὁ νικῶν;* 8, 17. i. q. *τί δὲ ἔσται τὸ πλέον, ὃ ἕξει ὁ νικῶν. τὰ δὲ τραύματα ἁλίκα ποιεῖς* 19. 8. i. e. *ἁλίκα δέ εἰσιν τὰ τραύματα, ἃ ποιεῖς.* — Aperta est vis articuli in *ταὶ δάφναι* et *τὰ φίλτρα* 2, 1. i. e. quibus ad res illas sacras peragendas uti solebant. v. Wuestemann. Similiter *οὐδὲ τὸ τηλέφιλον ποτεμάξατο τὸ πλατάγημα* 3, 29. Nimis urgent nonnulli vim articuli in *ἁ θεός* 2, 36. i. e. dea de qua ibi agitur, et in *τὸ φάρμακον εὗρε* 11, 17. ubi interpretes quidam non perspexerunt, poetam respicere ad versum primun;*) et in

*) [Sed id perspexit E. Kaercher. in notis, quas elegantissimae interpretationi teutonicae carminis Theocr. XI. a. 1845 editae adjecit, p. 16. Ceterum Kaerchero assentiri non possum in iis, quae exposuit in praefatione. Ego de illis locis explicatius dixi in Jahnii annall. a. 1845 vol. XLV. p. 104 sqq., quae considerari velim ab illo doctissimo homine, qui de studiis antiquitatis jam optime meritus est].

οπῃ λόγος ἦμεν ἀτερπέων ξυνὸν τοῖσιν ἐρῶσι τὸ φάρμακον, ἔνθα τὸ λᾶθος 23, 24. Praeterea commemoro, 4, 35 sqq. de re agi, quae aequalibus poetae nota fuit. τὸν Πτελεατικὸν οἶνον 7, 65. i. e. quod vinum reservo ad ejusmodi opportunitates. ἀνείλκυσα χρύσεον ἰχθύν, παντᾷ τῷ χρυσῷ πεπυκασμένον 21, 53. [Ibi Wuestemann. Boisson. Ziegler. παντᾶ τοι, quod mea quidem sententia sensu caret; Meinek. cum Hermanno παντᾷ τε, eumque secutus sum in editione, sed nunc aliter statuo. Puto enim recte se habere scripturam vulgatam τῷ χρυσῷ, quae codicum auctoritate non destituta est (etiam τοι propius ducit ad τῷ quam ad τὲ), et articulum per epexegesin spectare praecedens epitheton χρύσεον, extraxi aureum piscem et quidem prorsus illo auro obductum, einen goldenen Fisch und zwar einen mit dem Golde durch und durch ausstaffirten]. — Deinde articulus haud raro pronominis possessivi vices explet. Exempla, quorum tria tantum attulit Wordsworth. in 20, 44., haec sunt: ὡραῖος χὤδωνις 1, 109. tuus Adonis. πᾷ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι; 2, 19. 11, 72. quo tua mens avolavit vel, ut latine dicam, quo tibi mens avolavit? τοῦτ' ἀπὸ τᾶς χλαίνας τὸ κράσπεδον ὤλεσε Δέλφις 2, 53. de sua laena. πόθεν τὸν ἔρωτα δακρύσω; 64. i. e. meum amorem (cf. 69. 75. al. φράζεό μευ τὸν ἔρωτα). τᾷ δώλᾳ, meae ancillae 94. κωμάσδω ποτὶ τὰν Ἀμαρυλλίδα 3, 1. τί μ' οὐκέτι...καλεῖς τὸν ἐρωτύλον 7. τήναν τὰν κυάνοφρυν ἐρωτίδα 4, 59. illam suam etc. οὐ σέ γε Λάκων τὰν βαίταν ἀπέδυσ' ὁ Καλαίθιδος 5, 15. τὰ δ' οὔθατα πλήσατε πᾶσαι 8, 69. οὔτε τὸν ὄγμον ἄγειν ὀρθὸν δύνᾳ 10, 2. [quamquam ibi ex optimis libris rectius legitur οὐθ' ἕον, quod scribendum esse primus monuit Casaubon. Lectt. Th. c. XI. p. 101. ed. Reisk.] τὸν μὰν τρόπον οὐκ ἔχω εἰπεῖν 37. i. e. tui vero mores qui sint non habeo dicere. μὴ 'πιτάμῃς τὰν χεῖρα 55. πρέπει λιμηρὸν ἔρωτα μυθίσδεν τᾷ ματρὶ 58. ὤμοι ὅτ' οὐκ ἔτετέν μ' ἁ μάτηρ 11, 54. Πολύφαμος ἐποίμαινεν τὸν ἔρωτα 80. τὰν ψυχὰν ποτέθηκα 15, 37. Γοργοῖ, δὸς τὰν χέρα μοι 66. μηκέτι μηδὲ τύ, Κύπρι, τὸν Ἄρεα μήτε κατ' ἄστυ μήτ' ἐν ὄρει φιλέοις 20, 44. Ἄρεα scripsi ex conj. Hermanni et Wordsworthii. οὐ γὰρ νυσταξῇ κατὰ τὸν νόον 21, 32. [Sic jam olim proposui et nunc recepi, sed statim praeferrem νικαξῇ, quod egregie convenit in illum locum, si forma defendi posset]. ἔρειδε τὰν γνώμαν 62. μὴ σὺ θάνῃς λιμῷ καὶ τοῖς χρυσοῖσιν ὀνείροις 67. ubi τοῖς ex emendatione Scaligeri pro τοι recepi cum Brunckio et Wordsworthio. τᾷ δὲ χολᾷ τὸ πρόςωπον ἀμείβετο 23, 13. ἀΐθ' αὐτὰν δυνάμαν καὶ τὰν ψυχὰν ἐπιβάλλειν 27, 60. ἔτυπτε τοῖσι τόξοις 30, 14. καὶ τῷ πυρὶ προςελθὼν ἔκαιε τὼς ἔρωτας 45. ibique Wordsworth. μηκέτ' ἐνὶ δρυμοῖσι τὸν ἀνέρα μύρεο, Κύπρι B. 1, 68. εἴ μοι καλὰ πέλει τὰ μελύδρια 7, 2. mea carmina. ὄλβιος ἦν Θησεὺς τῶ Πειριθόω παρεόντος 8, 2. [Θησεὺς pro Θασεὺς scripsi ex vett. edd. Stobaei ejusdemque codd. ut videtur excepto codice A. Apud Mosch. 3, 52. θάσει jam a Brunckio emendatum est. Cod. Par. 10. ibi η eadem manu supra scriptum habet. cf. Ziegler. in Theocr. 2, 45. in Addend. p. 179.]. ἁ Κύπρις τὸν Ἔρωτα τὸν υἱέα μακρὸν ἐβώστρει M. 1, 1. πλέον αἰαῖ λάμβανε τοῖς πετάλοισι M. 3, 7. quod recte pro σοῖς ex codicibus [et edd. Crat. Wechel. Brubach. quas aliae haud dubie praeiverunt] recepit Meinekius. τάχ' ἂν κἀκεῖνος ἐρεῖσαι τὸ στόμα δειμαίνοι 56.

c. Est ubi substantivis ad notionem adverbii accedentibus additur. τό τοι γένος ἢ Σατυρίσκοις...ἐρίσδεις 4, 61. sed abest: γένος δέ μιν εἶναι ἔφασκεν....ἐκ Περσῆος 25, 172. Adest artic. in ἀνήρ τις πολύφιλτρος ἀπηνέος ἤρατ' ἐφάβω, τὰν μορφὰν ἀγαθῶ, τὸν δὲ

τρόπον οὐκέθ' ὁμοῖον 23, 2. atque abest in τὸν Ἔρωτα...., μορφᾷ νόον οὐδὲν ὁμοῖον B. 10, 5. — γυμνὸς μὲν τό γε σῶμα M. 1, 15.

d. Nonnumquam nominativus articuli alloquio adhibetur, ubi quis legitimum ὦ exspectare possit. Egregie hunc usum explicavit Hermannus in Eurip. Androm. praef. p. XV. sqq. — αἱ δὲ χίμαιραι, οὐ μὴ σκιρτάσητε 1, 151. σίτθ' ὁ Λέπαργος 4, 45. σίτθ' ἁ Κυμαίθα 46. [sed ibi legendum videtur ex codd. plurimis et optimis σίττ' ὦ Κυμαίθα, cujus rei quae sit causa exponere studui in mea editione]. σίττ' ἀπὸ τᾶς κοτίνω, ταὶ μηκάδες 5, 100. τοὶ τέττιγες, ὁρῆτε τὸν αἰπόλον ὡς ἐρεθίζω 110. ταὶ δ' ὄιες, μηδ' ὕμμες ὀκνεῖθ' ἁπαλᾶς κορέσασθαι ποίας 8, 67. τίν, τὸ φίλον γλυκύμαλον, ἁμᾷ κἠμαντὸν ἀείδων 11, 39. χαίρετε, τοὶ φιλέοντες 23, 62. ubi Ziegler. neglexit distinctionem, quam reliquis locis posuit. [In mea quoque editione interpunctio excidit me invito. Pariter ibidem corrige 1, 149. 5, 100. 110. 8, 67. et 11, 39 scr. ἁμᾷ pro ἁμᾶ. et 21, 62 commata pone post ἐγώ et post ἐπώμοσα].

e. Appositioni et attributo, quod dicunt, addendo in re certa et definita constitutus articulus est: quod cum tralaticium sit, pauca exempla apponemus, copiosius omissionem articuli infra pertractaturi. Ἅιδαν τὸν ἐκλελαθόντα 1, 63. ὅδε ῥόμβος ὁ χάλκιος 2, 30. Ὄλβις ὁ γριπεύς 3, 26. Δάφνις ὁ βώτας 6, 43. 7, 73. Μενάλκας ὁ συρικτάς 8, 34. τὰν μιτύλαν δωσῶ τὰ δίδακτρά τοι αἶγα 86. — Apponitur vero etiam pronomini: ὁ βωκόλος ἐγὼ 1, 116. ἐγὼ... ἁ μεγάλοιτος 2, 72. ἐγὼ... ἁ ταχυπειθής 138. μὲ τὸν αἰπόλον 3, 19. κἠμὲ.. τὸν αἰπόλον 5, 90. τὶν, τὸ φίλον γλυκύμαλον 11, 39. σὲ τὸν καλόν 12, 23. ἄμμες δ', αἱ πᾶσαι συνομάλικες 18, 22. μὲ τὸν χαρίεντα 20, 18. ubi nimium quaerit Wuestemannus. νὶν μέγαν ἰχθύν 21, 49. [ubi nunc vellem cum Zieglero retinuisse librorum scripturam ἰχθύν, cujus ultima correpta excusationem habet et ex iis exemplis, quae attulit ipse Meinekius in Addendis, et ex iis quae protulit Naekius in Opusc. II. p. 182. Utrumque adde in Rost. Gr. §. 8. p. 37. III. 1, b]. σὲ τὰν... γεγενημέναν 28, 8. σὲ τὸν ἥδιστον θεῶν Ep. 12, 2. ἐγὼ δὲ Θεόκριτος 22, 1. Singularis generis est αὐτὰρ ἐγὼ μούνα, μούνα δὲ σὺ, νύμφα, καθεύδεις, αἱ δύο παρθενικαὶ συνομάλικες, αἱ δύο καλαί B. 2, 29. ubi ante αἱ δύο cogitatione ex ἐγὼ et σύ eruendum est ἡμεῖς. Structura ad σχῆμα καθ' ὅλον καὶ μέρος ita conformata est, ut μέρος praecedat et ὅλον sequatur. κεῖνος ὁ ταῖς ἀγέλαισιν ἐράσμιος M. 3, 20. ἄμμες δ', οἱ μεγάλοι καὶ καρτεροί, οἱ σοφοὶ ἄνδρες 103. [Sic scripsi in mea editione ex Briggsii conjectura, cui accedit haud parva fides ex eo, quod nuper suopte ingenio in eamdem incidit M. Haupt. Nov. Mus. Rh. a. 1845. p. 272]. σὲ τὸν Εὐρώπης βοῦν M. 8, 6. — Apponitur etiam verbo, in quo pronomen personale inclusum esse cogitatur: καὶ μ' ἐριδὼν ὠστοργος... ἔζετ' ἐπὶ κλιντῆρι 2, 113. ὤμοι ἐγώ, τί πάθω; τί ὁ δύσσοος 3, 24. ἕρπεις ... ἡμιθέων, ὥς φαντι, μονώτατος 15, 137. οἱ δὲ βροτοὺς βροτοὶ ἀείδωμες 16, 4. [quod postea optimo codice K. aliisque confirmatum primus proposuit Scaliger. p. 234. ed. Heins. a. 1604]. ἁ δὲ τάλαινα ζώω B. 1, 52. — Articuli oppositionis indice opus est, ubi quid post vocativum alloquendi infertur: οὗτος ὁ λευκίτας ὁ κορυπτίλος 5, 147. ἀδόνες αἱ πυκινοῖσιν ὀδυρόμενοι ποτὶ φύλλοις M. 3, 9. [ubi Hermanno in Zimm. diar. antiq. a. 1837. p. 235 unus versus excidisse et pro articulo potius αἵ fuisse scriptum videtur; sed equidem puto librorum scripturam tuendam esse. cf. Brunck. in Aristoph. Plut. 1099]. —

Adjectivi attributi cum articulo exempla non proferemus, neque magis pronominum; nam haec tractabuntur in πᾶς, ποῖος, πολύς, τοιοῦτος, atque in ἐμός, σός, ἑός, ὅδε, οὗτος, αὐτός. — Sed unum praeterea superest, nimirum articuli repetitio, quae in appositione et attributo addendo frequentatur bucolicis. τῶν δύο ἄρθρων δύο ἀναφορὰς διαφόρους δηλούντων Apollon. de synt. I. 40. p. 86. Exempla, quorum duo comparavit Meinekius in 13, 5., hic omnia deinceps enumerabo, nunc quidem in sola eorum enumeratione acquiescens, cum rationis diversitas ex ipsius loci sententia appareat. ἁ πίτυς τήνα, ἁ ποτὶ ταῖς παγαῖσι 1, 1. ὁ θῶκος τῆνος ὁ ποιμενικός 22. τὸν Μώσαις φίλον ἄνδρα, τὸν οὐ Νύμφαισιν ἀπεχθῆ 141. ἁ Θευμαρίδα... ἁ μακαρῖτις 2, 70. τὰν ξυστίδα τὰν Κλεαρίστας 74. τὸν ἐνόρχαν τὸν Λιβυκὸν κνάκωνα 3, 4. ἁ Μέρμνωνος ἐριθακὶς ἁ μελανόχρως 35. χὠ ταῦρος ὁ πυῤῥίχος 4, 20. τοὶ τῶ Λαμπριάδα τοὶ δαμόται 21. [in quo loco immerito offendisse existimo Hermannum, cujus rationem nuper tuitus est Fritzschius de poet. Gr. bucol. p. 54., atque Ahrentem Emend. Theocr. p. 7. nam mihi videtur hic locus a ceteris non posse separari.]. τὸ ποταῷον τὸ Λακίνιον 33. τὸν ποιμένα τὸν Συβαρίταν 5, 1. τὸν Πᾶνα τὸν ἄκτιον 14. ταὶ τραγεῖαι ταὶ παρὰ τίν 52. ὁ βωκόλος.. ὁ Λυκώπας 62. τὸν ἄνδρα... τὸν δρυτόμον 64. τὰς ἐρείκας τήνας τὰς παρὰ τίν 65. τὰν οἶν τὰν πελλάν 99. τὸν φράγμον... τὸν ἁμόν 108. καττῶ Λάκωνος τῶ ποιμένος 143. χὠ Δάφνις ὁ βωκόλος 6, 1. [χὠ pro καὶ recepi ex sex codd. in quibus est optimus K.]. τὸν ἐμὸν τὸν ἕνα γλυκύν 22. ὁ μάντις ὁ Τήλεμος 23. τὸ σᾶμα.. τὸ Βρασίλα 7, 11. τὸν ἐσθλὸν Σικελίδαν... τὸν ἐκ Σάμω 40. τὸν ποιμένα τὸν ποτ' Ἀνάπω, τὸν κρατερὸν Πολύφαμον 151. ὁ κύων ὁ φάλαρος 8, 27. ὁ Κύκλωψ ὁ παρ' ἁμῖν, ὀρχαῖος Πολύφαμος 11, 7. τὸν Ἀττικὸν.... τὸν φιλόπαιδα 12, 29. ὠμφιτρύωνος ὁ χαλκιοκάρδιος 13, 5. τὸν λῖν... τὸν ἄγριον 6. τῶ χαρίεντος Ὕλα τῶ... φορεῦντος 7. τῷ Ἀδώνιδι τῷ καλῷ 15, 127. ibique Wuestemann. τὸν ἄνδρα τὸν καλόν σευ 30, 26. τὰ ῥόδα τὰ δροσόεντα Ep. 1, 1. τῶγαλμα... τὸ μαρμάρινον 10, 2. ὁ χορηγὸς ὁ τὸν τρίποδ'... ἀναθείς 12, 1. χὤνηρ ὁ τὰν κωμῳδίαν εὑρών 17, 1. τὸν.. ποιητὰν τὸν τῶν ἰάμβων 19, 2. τὸν τῶ Ζανὸς... υἱὸν.. τὸν λειοντομάχαν, τὸν ὀξύχειρα 20, 2. τὸν υἱέα τὸν Κινύραο B. 1, 91. τὸν Ἔρωτα τὸν ἄγριον 6, 1. τὸν Ἔρωτα τὸν υἱέα M. 1, 1. τὸ φίλαμα τὸ Κύπριδος 4. αἱ βόες αἱ... πλασδόμεναι 3, 23. τῶ μέλιτος τῶ σῶ 35. τὰν ἄλα τὰν γλαυκάν 5, 1. τὰν φρένα τὰν δειλάν 2.

f. In partiendo genitivisque partitivis multo rarius admitti articulum quam omitti videbis, ubi postea de hac re disseretur. κάμον δυοκαίδεκα βωμούς, τὼς τρεῖς τᾷ Σεμέλᾳ, τὼς ἐννέα τῷ Διονύσῳ 26, 6. Alia exempla vide in τίς et τὶς.

2. Adjectiva et participia cum articulo conjuncta substantivorum vices sustinent.

a. Adjectiva secundum litterarum ordinem hic proferemus.

ἀγαθός. τὸ λώιον 24, 73. τὰ λώια 26, 32. — ἀληθής. τἀλαθέα 3, 31. — ἀστικός. τὰ ἀστικά 20, 31. — ἄστοργος. ὥστοργος 2, 112. — γλυκύς. τὸν ἐμὸν τὸν ἕνα γλυκύν 6, 22. — δειλός. ὁ δειλός 7, 96. Ep. 15, 1. — δεινός. τὰ δεινότατα Ep. 25, 6. [apud Ziegler. 16, 6]. — δύσμορος. ὁ δύσμορος 7, 119. — δύσσοος. τὰ δύσσοα 4, 45. — ἕκαστος. τὰ ἕκαστα 25, 195. — ἐράσμιος. ὁ ἐράσμιος M. 3, 20. — εὔδιος. τὰ εὔδια πάντα 22, 22. — ἡδύς. τὸ ἁδύ 3, 27. [vide supra p. 11. τὸν ἁδέα 20, 44. ex librorum scriptura.] — ἥμισυς. τὸ ἁμισυ 29, 5. — θῆλυς. ἁ θήλεια 15, 145. — καινός. τὸ καινόν 14, 11. —

κακοεργός. οὐδεὶς κακοεργός 15, 47. — καλός. τὸ καλόν Ep. 12, 4. B. 1, 55. τὰ καλά 6, 39. 7, 127. 13, 3. — κατάντης. τὸ κάταντες B. 12, 1. — λέπαργος. ὁ λέπαργος 4, 45. — λοιπός. τὸ λοιπόν 29, 6. — λυγρός. τὰ λυγρότατα Ep. 25, 6. (apud Ziegler. 16, 6.). — μεγάλοιτος. ἁ μεγάλοιτος 2, 72. — μέγας. τὰ μέγιστα 2, 143. — μηκάς. ταὶ μηκάδες 5, 100. τὰς μηκάδας 1, 87. — μικκός. τῶ μικκῶ 15, 12. τὸν μικκόν 42. — μυρίος. τὰ μυρία 17, 118. — νέος. τὰ νέα 8, 42. τοῖς νέοισιν Ep. 16, 5. — ξένος. ὁ ξεῖνος 25, 64. ἡ ξείνη M. 2, 24. ἁ ξείνα Th. 2, 154. τᾶς ξενέας 7, 73. τὸν ξένον 5, 78. τὸν ξεῖνον 7, 119. — ὄλβιος. ὄλβια τῆνα 16, 42. — ὅμοιος. τὸν ὅμοιον 29, 20. — πάρηρος. ὁ πάραρος 15, 8. — παρθενικός. αἱ δύο παρθενικαί B. 2, 29. — περισσός. τὰ περισσά 26, 24. — πολύς. τὸ πλέον 1, 20. 5, 71. 8, 17. — ποικίλος. τὰ ποικίλα 15, 78. — πυῤῥός. ὁ πυῤῥός 15, 53. — τεός. τὸ τεόν 3, 27. [cf. supra p. 11 et Krueger. Gr. §. 51. 4. adn. 12.]. — τερπνός. τάδε τερπνά 7, 83. — τραφερός. τῶν τραφερῶν 21, 44. — τρώξιμος. τὰν τρώξιμον 1, 49. — τυτθός. χὠ τυτθός 19, 8. — φάλαρος. ὁ Φάλαρος 5, 103. (ibique Wuestem.).

b. Participia cum articulo substantive dicta:

ἄγω. τὸν ἄγοντα 15, 54. — ἀμυκλαΐζω. ὠμυκλαΐσδων 12, 13. — ἄπειμι. τῶν ἀπεόντων 10, 8. — βόσκω. χὠ βόσκων 8, 48. et ut videtur 15, 126. — ἐγχέω. τὸν ἐγχεῦντα 10, 53. — εἶμι. τὸ ἰόντα 15, 48. — ἐράω. ὁ ἐρασθείς 14, 53. τοῖσιν ἐρῶσι 23, 24. — καταβόσκω. χὠ καταβόσκων 25, 126. v. βόσκω. — μέλλω. τὸ μέλλον 23, 27. — μισέω. ὁ μισῶν 23, 62. — νικάω. ὁ νικῶν 8, 17. — ὁράω. τῶ μὴ ἰδόντι 15, 25. — πάρειμι. τὰν παρεοῖσαν 11, 75. τῶν παρεόντων 13, 68. — ποθέω. οἱ ποθεῦντες 12, 2. — ποτέομαι. τὰ ποτήμενα 29, 30. — προσήκω. τὸ προσῆκον Ep. 12, 4. — τίκτω. ὁ τεκών 15, 47. — φεύγω. ὁ φεύγων B. 4, 15. τὸν φεύγοντα 11, 75. — φιλέω. τὸν φιλέοντα 11, 19. 14, 62. 23, 3. 29, 9. M. 5, 5. τὸν φιλεῦντα 29, 18. οἱ φιλέοντες 13, 66. 23, 62. B. 8, 1. τοὺς φιλέοντας M. 5, 8. ὁ φιληθείς 12, 16.

3. Haec, quae adhuc tractavimus, omnia subjectam quamdam vel objectam notionem sive solam sive attributo auctam spectant.

Sed etiam praedicatis, quae dicuntur, notionibus additur, quales loci per pronomina is qui resolvi et explicari possunt. Δάφνις ἐγὼν ὅδε τῆνος, ὁ τὰς βόας ὧδε νομεύων, Δάφνις ὁ τὼς ταύρως καὶ πόρτιας ὧδε ποτίσδων 1, 120. ἐνδοῖ πᾶσαι, ὁ τὰν νυὸν εἰπ' ἀποκλάξας 15, 17. Εὐνείκα δὲ μόνον τὸν βωκόλον οὐκ ἐφίλασεν, ἁ Κυβέλας κρέσσων καὶ Κύπριδος, ἁ δὲ Σελάνας 20, 42. Δάφνις ὁ λευκόχρως, ὁ καλᾷ σύριγγι μελίσδων βουκολικοὺς ὕμνους Ep. 2, 1. — Ad praedicati notionem pertinet porro τὸ χρῆμα σοφώτερον ἁ θήλεια 15, 145. quem locum non recte explicavit Fr. Jacobs. apud Wuestem. v. edit. meam Paris. nam respicit poeta v. 83. Eximo autem ab hoc usu ὁ διδάσκαλός ἐστι παρ' ᾧ νοῦς 21, 33. quem locum, sicut alios, silentio transmittunt interpretes; nam ibi ὁ διδάσκαλος loco appositionis cum νοῦς cohaeret: cui mens est pro suo magistro, welcher den Verstand als seinen Lehrer in sich hat. [Itaque potuit hoc exemplum iis, quae supra de possessiva articuli notione allata sunt, adnumerari].

4. Infinitivo verbi adjunctus articulus, qui substantivi naturam impertitur, bis tantum exstat, si nullus me locus fugit, et utroque loco est accusativus objecti ex verbo pendens. ἐχὼ τόσσον μελεδαίνω, ὅσσον ἐρῶν τὸ πατρὸς μύθων ἢ ματρὸς

ἀκούειν 9, 13. [Ibi ἐρῶν τὸ pro scripturis ἐρῶν τι, ἐρῶντι, ἐρῶντε, quae in editionibus circumferuntur, scripsi cum Wordsworthio ex K. cui duo alii codices accedunt; idem confirmant duo alii qui habent ἐρῶτο et ἐρῶ τῶ. ed. Junt. praebet ἐρῶντα.] i. e. ὅσσον ἐρῶν μελεδαίνει τὸ ἀκούειν κτλ. — οὐ μελεδαίνει τὸν τὸ πιεῖν ἐγχεῦντα 10, 53.

5. Adverbiis adjungitur articulus triplici ratione.

a. Adverbia illa substantivorum vices suscipiunt. ὅςτις νικασεῖν τὸν πλατίον, ὡς τὺ πεποίθεις 5, 28. ἅμα λαοτομεῖς τῷ πλατίον 10. 3. πόθος τῶν ἔκτοθεν 10, 9. τὸ δ' αὔριον οὐκ ἐςορῶμες 13, 4. ἤματος ἦν τὸ μεσηγύ 25, 216.

b. Cum articulo et substantivo vel omisso substantivo adjectivorum locum explent. τὸν Λιβύαθε ποτὶ Χρόμιν 1, 24. χαῶν τῶν ἐπάνωθεν 7, 5. ὁ πρὶν sc. ὀιστός 25, 236. τῶν πρόσθ'...ᾠδοποιῶν Ep. 16, 4. τὸν πάλαι ποιητάν 19, 1. τῶν ἐπάνωθε μουσοποιῶν 20, 3. ἡ πάρος κούρη M. 2, 165. τὸ πρὶν ἔρευθος 4, 2. τὸν ἐγγύθεν ἦχον 5, 12.

c. Adverbiis autem ipsis etiam et formulis in adverbii modum positis articulus praefigitur, quarum nulli adhaerere eum placet: v. Poppo Prolegg. Thucyd. vol. I. p. 467 sqq. Spitzner. in Iliad. I. 6. Krueger. Gr. §. 50. 5. adn. 13. Editorum excepto Zieglero in hac re inconstantia est, quum modo conjunctim (v. Meinek. 10, 2. 15, 58. B. 1, 97. et Th. 17, 75. coll. 10, 29.) modo disjunctim scribant. — τὰ μάλιστα 7, 59. 15, 58. τὸ πάροιθεν 20, 21. B. 1, 27. τὰ πρώαν 15, 15. (ubi tamen jam vellem secutus essem Zieglerum). τὸ πρίν 10, 2. τὸ σήμερον B. 1, 97. — τὸ δεύτατον M. 4, 65. τὸ καλόν 3, 3. (ibique Valcken.) 18. τὸ καρτερόν 1, 41. v. Wuestem. τὰ λοίσθια 5, 13. τὸ μεσαμβρινόν 1, 15. 10, 48. [Ex his locis sicuti ex τὰ ποθέσπερα et τὸ πότορθρον apparet, non satis recte judicatum esse apud Wuestem. in 7, 21. sed recte in 21, 39.]. τὸ πᾶν 3, 18. τὰ πάντα 7, 98. τὰ πένθιμα M. 3, 5. τὰ ποθέσπερα 4, 3. 5, 113. τὸ πότορθρον 5, 126. τὰ πρᾶτα 10, 29. τὰ πρῶτα 17, 75. τὸ δ' αὖ πύματον 23, 40. B. 1, 45. [sed utroque loco mihi videtur scribendum esse τόδ' αὖ πύματον, quod edidi ne mutata quidem interpretatione latina, cujus rei nunc me ipse incuso]. τὸ τρίτον 22, 4. 25, 240. Praeterea Ahrens Emend. Th. p. 9. huc trahi posse opinatur τὸ ποταῷον 4, 33. sed aliud hujus generis adverbium loci apud bucolicos non exstat.

6. Formulae praepositionem continentes item triplici ratione articulum adsciscunt.

a. Substantivorum vices tuentur. τὸ ἐν Ἅιδα 2, 33. i. e. Plutonem. v. Valcken. et Wordsworth. τὰ πρὸ θυρᾶν 10, 14. τὰ πὰρ φίλω 28, 25. [Similiter τὶς ἀπ' Ἄργεος 25, 164].

b. Cum substantivo conjuncta adjectivorum locum suscipiunt. Σικελίδαν .. τὸν ἐκ Σάμω 7, 40. τὰν ἐπὶ Πύξας..ὁδόν 130. Ibi schol. antiq. et Genev. apud Adertum et gloss. apud Gail. suo more ἤγουν τὴν ἐπὶ Πύξαν φέρουσαν (sive ἄγουσαν) ὁδόν explicant. τὸν ποιμένα τὸν ποτ' Ἀνάπω 151. [Genitivus Ἀνάπω, quem optimi codd. et vett. edd. praebent, videtur defendi posse. cf. 3, 30.]. ὁ Κύκλωψ ὁ παρ' ἁμῶν 11, 7. τὰ ἐξ ἐμεῦ sc. ξένια 22, 61. οὐξ Ἑλίκηθεν Ἀχαιός 25, 180. ἀσφόδελον τὸν ὑπὲρ γᾶς 26, 4. ὠξ' Ἐφύρας Ἀρχίας 28, 17. Πείσανδρος ὠκ Καμείρου Ep. 20, 4. αἱ καθ' ὕλαν Κρανίδες M. 3, 28.

c. Sunt etiam ejus nodi dicta in adverbiorum significationem accipienda: cujus rei non inveni exemplum; nam *τὸ ποῖ ὄρθρον*, quod ex omnibus codicibus 5, 126. vulgo editum est, jam Salmasius in *πότορθρον* conjunxit idque conjunctim primus recepit Reiskius eumque Meinekius et Zieglerus secuti sunt.

C. Proprietas sermonis in usu articuli observanda.

1. Neutrum articuli *τό τά* cum adjuncto genitivo circumlocutionibus inservit, ut rei naturam et indolem vel alia cum aliqua re personave conjuncta indicet. v. Krueger. Gr. §. 47. 5. adn. 9 sqq. — *ἐς τὰ Φύσκω* 4, 23. in regionem Physci; *μέρη δηλονότι* Schol. Non accurate vertunt: in Physcum. *κηῖ μὲν τὰ Γλαύκας ἀγκρούομαι, εὖ δὲ τὰ Πύῤῥω* 31. i. e. quae sunt Glaucae et Pyrrhi vel ab iis profecta. Pariter *τὰ τῷ θείω Αντιέρσα* 10, 41. Glossatores suo more *μέλη* et *ᾠδήν* extrinsecus advocant. *τὰ Μίκωνος* 5, 112. „intellige *ἀμπελεῖα* vel *οἰνόπεδα*" parum caute Wuestemannus. Arcte jungenda sunt *τὰ Μίκωνος ῥαγίζοντι* et verbum *ῥαγίζοντι* recte explicavit Scholiastes: *τὰς ῥάγας* (scr. *ῥᾶγας*) *ἀναλέγουσι*. Vere glossa apud Gail.: *τὰ Μίκωνος, τὰ κτήματα* in den Besitzungen des Mikon Trauben naschen. *τὰ δὲ τῷ πατρὸς οὐ καταθησῶ* 8, 20. Ibi quoque glossa: *κτήματα. τὰ δ' Ἰάσονος ὕστερα πάντ' ἦς* 13, 67. *μηδεὶς τὰ θεῶν ὀνόσαιτο* 26, 38.

2.*) Adest articulus in ellipsi illa notissima vocabulorum *υἱός, παῖς, θυγάτηρ, γῆ, δῶμα κτλ.*, quales loci quomodo sint explicandi, hodie inter omnes constat. v. Krueger. §. 47. 5. adn. 2 sqq. — *υἱός* sive *παῖς*. Adest: *ὁ τῷ Παιήονος υἱός* Ep. 7, 1. *τὸν τῷ Ζανὸς υἱόν* Ep. 20, 1. Abest: *Λάκων ὁ Καλεῖθιδος* 5, 15. — *θυγάτηρ*. Adest: *ἁ τᾶς Ἀργείας θυγάτηρ* 15, 97. Abest: *ἁ τῶὐβούλοιο..Ἀναξώ* 2, 66. i. e. *ἡ τοῦ Εὐβούλου θυγάτηρ* Schol. *ἁ Πολυβώτα* 10, 15. *Σῆμος ὁ τᾶς Ἐπιχάλκω ἐρασθείς* 14, 53. — *γῆ. τὰν σαυτῷ πατέων* 5, 61. *γῆν δηλονότι ἢ χώραν* Schol. *τῆς σῆς γε μὲν οὐκ ἐπιβαίνω* 22, 59. ubi Gailii glossator *οἰκίας* temere addit. Similiter omisso articulo *εὖ μιν ἔθαψαν ἑταῖροι ἐπὶ ξείνης ξένον ὄντα* Ep. 11, 3. *οἴχεται οἶος ἐπ' ἀλλοτρίης νέον ἆθλον ἐκτελέων* M. 4, 88. — *δῶμα* vel *δώματα* sive *οἶκος* vel *οἶκοι*. Adest: *ἐν Διὸς οἴκῳ* 17, 17. *οἴκῳ ἐν Ἀμφικλέους* Ep. 13, 3. *ἐν Ἀντιόχοιο δόμοις* 16, 34. *εἰς ἀκίρας οὐδ' ἐς ἀέργω δόμοις* 28, 16. *ἐς δόμον Πλουτέος* M 2, 118. Abest: *ἐς Ἅιδος* 1, 130. sed libri *ἐς Ἅιδαν* habent. v. *Ἅιδης. εἰς Ἀΐδαο* B. 8, 3. *ἐν Ἅιδα* 2, 33. ubi alii *ἐν Ἅιδᾳ* sive *ᾅδᾳ*. *εἰν Ἀΐδαο* 16, 30. *ἁ τὰ Λύκωνος* 2, 76. ubi Schol. et gloss. Vat. *τὰ οἰκήματα* assumunt. *ἐς Φρασιδάμω* 7, 131. gl. Gail. *οἰκήματα* et *οἶκον* adjiciunt. *ἐς Διὸς* 13, 11. *τῷ βασιλῆος ἐς ἀφνειῷ Πτολεμαίῳ* 15, 22. *ἐν ὀλβίῳ ὄλβια πάντα* 24. *ἐς δὲ καλεύντων... ἰοίμαν* 16, 106. *ἐν Διὸς οἰκεῖν* 21, 81. — *οἶνος* in structurae conformatione latet: *ἀνῷξα δὲ βίβλινον αὐτοῖς κτλ.* 14, 15. *ἦ ῥα πολύν τιν' ἔπινες* 18, 11. ibique Wuestemann. — *ὀφθαλμός* a quibusdam extrinsecus advocatur in *οὐ τὸν ἐμόν τὸν ἕνα γλυκύν, ᾧ ποθόρημι ἐς τέλος* 6, 22. sed rectius judicaveris, *τὸν γλυκύν* substantive dictum esse: meas delicias, atque ad oculum spectare ex verbis *ᾧ ποθόρημι ἐς τέλος* satis

*) [Miror hic probari potuisse Ellendtio p. 226. quod Valcken. in Phoen. 1637 (cui Markl. in Suppl. 110 et Monk. in Alcest. 714 comites adjungere potuisset) temere observavit, articulum nonnumquam inservire indignationi vel irrisioni. Nam hujusmodi vim in nomine, cui sit articulus adjectus, non in articulo inesse et per se patet et jam in locum Alcestidis adnotavit Hermannus.]

apparere. [ceterum ibi v. 22 et 25 ex pluribus optimae notae codicibus et glossatore apud Gailium scribi nunc velim *ποθορῶμαι*. cf. Homericum *ἦ μέγα θαῦμα τόδ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι*]. — *χείρ* in locis quales sunt et omisso et addito articulo *δεξιτερᾷ* 7, 19. *ἀμφοτέραισι* 147. *ἑτέρᾳ* 22, 120. 24, 45. *ἑτέρῃφι* 25, 207. *ἄλλῃ* 22, 126. *τῇ ἑτέρῃ* 25, 255. — *πούς*. *ἐπ' ἀμφοτέροις* 10, 35. (*ἐν τοῖς ποσίν* Schol.). 14, 66. ubi gloss. *ἵπποις, ἤγουν δίφρῳ* temere explicat.

3. Abundare articulus videtur quidem hic illic, sed vere nusquam abundat. *ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα καὶ ἁ πίτυς, αἰπόλε, τήνα, ἁ ποτὶ ταῖς παγαῖσι, μελίσδεται, ἁδὺ δὲ καὶ τὺ συρίσδες* 1, 1. quae verba, id quod jam Schol. et vet. et rec. aliique intellexerunt, ita jungenda sunt: *καὶ τήνα ἁ πίτυς, ἁ ποτὶ ταῖς παγαῖσι, μελίσδεται τὸ ψιθύρισμα ἁδύ τι, ἁδὺ δὲ ταὶ κτλ.* Multis offensui fuit articulus *τὸ* cum pronomine indefinito *τὶ* conjunctus. Immerito. Nam locus significat: pinus modulatur suum susurrum (i. e. qui esse solet in pinu, qui auribus percipitur) nescio quem dulcem (*ἁδύ τι*, fere i. q. *ὅ ἐστιν ἁδύ τι*, i. e. qui sentiri quidem potest, neque vero certo describi). Similiter *ὁ* et *τὶς* juxta se posita exstant cum quorumdam interpretum offensione: *ἁδύ τι τὸ στόμα τευ* 8, 82. *πλευσοῦμαι κἠγὼ διαπόντιος, οὔτε κάκιστος οὔτε πρᾶτος ἴσως, ὁμαλὸς δέ τις, ὁ στρατιώτας* 14, 56. quod Hermannus virgula post *τὶς* posita explicavit: navigabo ego quoque, hicce jam miles factus. Neque inepte Frankius in Jahnii annall. a. 1831. 1. fasc. 3. *ὁμαλὸς δέ τις ὁ στρατιώτας* in unum conjungens et communiter dictum esse ratus interpretatur: nam homo mediocris quidam est miles; quamquam Hermanni rationem praefero. *σοφόν τι χρῆμ' ὤνθρωπος* 15, 83. *τοῦτο πανύστατον ἁδύ τι ῥέξον* 23, 35. Porro huc spectat ex librorum et vett. editionum scriptura: *οὐ γύννις ἁμὸς κεκλήσεθ' ὁ πύκτης* 22, 69. v. *ἁμός* i. q. *τὶς*. [Ibi enim jam meam conjecturam retracto M. Hauptii in Nov. Mus. Rhen. a. 1845 p. 277. adnotatione permotus. Fugisse videtur hic locus Ahrentem, ubi de Dial. Dor. p. 277 scribit: „Quo jure indefinitum pronomen *ἁμός* ad Doridem referatur in Scholl. E. Od. *α*, 10 et Et. M. 95, 22, obscurum est"]. Similiter dictum est *δοιὼ δή τινε τώδε μετὰ προτέροισι γενέσθην φῶτε* 12, 12. i. e. duo quidam erant inter majores hi viri. Ceterum *ὁ* et *τὶς* apud alios quoque scriptores, id quod nonnulli veluti Adert. (Theocr. Genev. 1843. append. p. 1) et Greverus (Zur Würdigung, Kritik und Erklärung der Idyll. Theokr. Oldenburg 1845. p. 105.) plane ignorant, haud raro juxta se posita sunt. v. Fritzsch. Quaest. Luc. p. 17. sq. Krueger. in Xenoph. Anab. II, 3. 15. ed. maj. Bernhardy. Synt. p. 308. sq. Stallbaum. in Plat. Phileb. p. 13. B. p. 106. ed. Goth.*) Denique non abundat articulus, ut priores quidam editores judicarunt, neque in *τὸν ἁδέα* vel potius ex Hermanni Wordsworthiique probabili conjectura *τὸν Ἄρεα* 20, 44. nam ibi pronominis possessivi partes sustinuit, neque in locis qualis est: *εὐπλόκαμον τὸ κάρανον, ἔχει δ' ἰταμὸν τὸ πρόςωπον* M. 1, 12. nam Graeci in hujusmodi locis rem aliter animo sibi informarunt.

4. Sed liberrime bucolici in omittendo articulo versantur, ut facile eo careant, cum rei certae et circumscriptae definiendae necessarium putes.

---

*) [Ut hunc usum, sic multa alia memorabilia et in articulo et in pronomine indefinito neglexit Fr. Astius in Lex. Plat.]

a. Nominibus propriis saepe vix ullo discrimine additur et adimitur. v. nomina quae jam supra p. 15. allata sunt.

b. Appellativis solis nude positis magna cum licentia adimitur: cujus rei exempla secundum litterarum ordinem hic enumeramus. Grammatici de hac re praecepta tradentes usum poetarum nondum satis exploratum habent.

ἀγοστός. νυμφίον... γυνὰ περιβάλλετ' ἀγοστῷ 17, 129.

ἀθάνατος. v. infra θεός.

ἆθλος. βαῖνε δ' ἐς ἆθλον γυμναστῶν 23, 56. [ubi non opus est ut librorum et vett. edd. scriptura ἆθλον mutetur in ἄθλως cum Reiskio, quem recentiores secuti sunt. nam ἆθλον collective dictum est. v. quae congessi in mea edit. in 28, 25. et de numero singulari juncto cum plurali in 8, 45].

αἰθήρ. ἐς αἰθέρα δ' ἄχρι φορεῖται M. 1, 19.

ἅλοχος. ὁ δ' ἐξ εὐνᾶς ἀλόχῳ κατέβαινε πιθήσας 24, 41.

ἄναξ perpetuo caret articulo, quamquam de certo ponitur: ἄναξ 17, 70. 22, 102. 25, 145. — ἄνακτος: 7, 79. 16, 34. — ἄνακτα: 25, 61. — ἄνακτες: 25, 78. — Pariter ἄνασσα: M. 2, 69.

ἀνήρ 13, 60. — ἀνέρος 2, 138. 28, 19. — ἀνδρί 17, 38. 22, 65. Ep. 7, 2. — ἄνδρα 22, 151. — ἀνδρῶν 22, 200.

ἄντρον. ποτ' ἄντρα 6, 28. Polyphemi: Νυμφᾶν ἐξ ἄντροιο 7, 137. ἄντρον ἔσω Ep. 3, 5.

ἄντυξ. κατ' ἄντυγα Νυκτός 2, 166. ἄντυγος ἡμιτόμου M. 2, 88. genit. absolut. de luna.

ἀοιδή. Ἰάονος ἀνδρὸς ἀοιδαί 16, 57. [ab initio hujus versus ducibus libris legendum est: εἰ μή σφεας ὤνασαν, quod nunc vellem a me receptum fuisse. cf. ὑμέας 2, 128.]. ἐμοὶ δ' ἀπέλειπες ἀοιδάν M. 3. 98. Nam Λωρὶς ἀοιδά (v. 12.) intelligenda est.

ἄορ. τὼ δ' ἄορ ἐκ κολεοῖο ἐρυσσαμένω 22, 191.

ἄπφυς. οὐ λέγει ἀπφύν 15, 13.

ἄρκτος de coeli sidere dictum non habet articulum: ἐγγύθεν ἄρκτω 7, 112. ἐκ δ' ἄρκτοι.. ἐφάνησαν 22, 21. στρέφεται μεσονύκτιον ἐς δύσιν ἄρκτος 24, 11.

ἅρμα. ἅρμα Σελάνας 21, 19. τροχὸν ἅρματος 16, 72. de Solis curru.

ἄστυ 25, 45. 56. 153. Certa urbs intelligitur, etsi nomen urbis tacetur.

αὐλή. ἐξ αὐλᾶς, ὦ μᾶτερ; 15, 60. numquam articulum habet.

αὖλις. αὖλιν ἔρυντο 25, 76. ὅπῃ ἔθεν ἵσταται αὖλις 27, 43.

αὐτοκασίγνητος. Ἐννοσίγαιος.... ἡγεῖτο κελεύθου αὐτοκασιγνήτῳ M. 2, 122.

αὐχήν semper articulo caret, etsi de certa cervice nude legitur αὐχένος 22, 51. 110. αὐχένα: 1, 43. 5, 91. 25, 146. M. 2, 100.

βασιλεύς articulum habet 15, 22. 52, sed ceteris locis eo caret, etsi nude de certis positum exstat βασιλῆος 25, 7. βασιλῆι 25, 24. 111. βασιλῆα 22, 122. M. 1, 14. βασιλῆας 17, 132. — Pariter τὼς ἔλεγεν βασίλεια 24, 71.

βέλεμνον. Κύπριδος... βέλεμνον 11, 16. ἐγὼ δ' ἑτέρῃφι βέλεμνα χειρὶ προεσχεθόμην 25, 253. [nollem reduxisset Zieglerus jota subscriptum, quod falsum est, h. l. et 207 in ἑτέρῃφι, et 138 in βίῃφι, ubi in mea quoque editione nescio quis idem adjecit. cf. Mehlhorn. Gram. Gr. §. 130. p. 134. not. 6.]. — βέλος. βέλος Εἰλειθυίας 27, 27.

βία. βίῃ Ἡρακλῆος 25, 110. βίῃ Ἡρακληείῃ 154. M. 1, 95. βίῃ Φυλῆος 25, 55. νότοιο βίῃ 91.

βίος. *ἡ δίκη οἰκήων, οἷσιν βίος ἔπλετ' ἐπ' ἀγροῦ* **25**, 33. *οὐ πολὺς ἀνδρὶ βίος* Ep. **9**, 2. *Ἀμφικλέους, ᾧ καὶ τέκνα καὶ βίον εἶχεν ξυνόν* Ep. **13**, 3. *θεοὶ κατένευσαν ἕνα χρόνον ἐς βίον ἐλθεῖν* B. **7**, 9. Articulus semel adest in *ὁ τῷ βατράχῳ βίος* **10**, 52.

βίοτος. *βιότω διπλόον χρόνον ἄμμιν ἔδωκεν* B. **7**, 5.

βορέας. *βίῃ..βορέαο* **25**, 91. *ἐς βορέαν ἄνεμον* **10**, 46.

βραχίων ubique articulo caret idque de certo brachio dictum; nude positum exstat *βραχίονας* **16**, 79. **25**, 270. — *βρέφος* **24**, 16. 84. *βρέφεος* **17**, 65.

βρόχθος. *ὡς μέλι τοι γλυκὺ τοῦτο κατὰ βρόχθοιο γένοιτο* **3**, 54.

βρόχος. *βρόχον δ' ἐνέβαλλε τραχήλῳ* **23**, 51. (coll. 21.). *χῷ μὲν βρόχῳ καθάψας ἔσυρεν αἰχμάλωτον* **30**, 11.

βῶκος **10**, 38. de Batto. — *βωμός.* *βωμῶ* **7**, 155. *βωμόν* Ep. **1**, 5.

γαστήρ. *λὰξ ἐπὶ γαστέρα βᾶσα* **26**, 23.

γενειάς. *τοῖς δ' ἧς ξανθοτέρα μὲν ἐλιχρύσοιο γενειάς* **2**, 78.

γένειον. *γλώσσῃ δὲ περιλιχμᾶτο γένειον* **25**, 226.

γένος. *γένος δέ μιν εἶναι ἔφασκεν... ἐκ Περσῆος* **25**, 172.

γένυς. *ἐπισχερὼ ἐς γένυν ἕρπει λευκαίνων χρόνος* **14**, 69.

γῆ. *γᾶν Πέλοπος* **8**, 53. *ἐπ' ἔσχατα γᾶς* **15**, 8. [quod male referunt quidam, quos praeivit glossator apud Gailium, ad Aegyptum; proverbialiter potius dictum est ut nostrum aus Ende der Welt. Recte Schol.: *ὅτι μακρὰν ἐμισθώσατο τὴν οἰκίαν*, et Stephanus p. 35 ed. Reisk. Similiter loquuntur Latini. v. Reisig. schol. de ling. lat. edit. ab Haasio p. 636.]. Communiter dictum ubique articulo caret praeter *καὶ τὰν γᾶν ἐπάταξε* **19**, 4. — *γῆρας* **17**, 24. **24**, 131.

γλῶσσα. *βαμβαίνει μοι γλῶσσα* B. **6**, 9. *γλώσσῃ δὲ περιλιχμᾶτο γένειον* **25**, 226.

γονεῖς M. **4**, 7. — *γόνος.* *Διὸς γόνον* **22**, 159.

γόνυ, a qua voce semper abest articulus, nude ponitur de certo **7**, 7. **14**, 70. **16**, 18. *γούνατι* **24**, 75.

γραμμή. *τὸν ἀπὸ γραμμᾶς κινεῖ λίθον* **6**, 18. — *γυνή.* *γυνά* **24**, 6. *γυναικός* **15**, 108.

δαίμων. *μηδ' ἄλλο παρὲκ τελέσειέ τι δαίμων* M. **4**, 125. *σὺν δαίμονι* Th. **2**, 28. de Hecate.

δέμας. *τρέψε δέμας* M. **2**, 79. — *δέπας.* *παντᾷ δ' ἀμφὶ δέπας* **1**, 55. (coll. 27. 143. 149.)

δέρις. *καί οἱ λιχμάζεσκε δέριν* M. **2**, 94. — *δῆμος.* *ὁ μὲν... δήμου κηδόμενος* **25**, 46.

δόμος numquam articulum habet, et de certa domo nude legitur *δόμος*: **24**, 52. *δόμον*: **2**, 91. M. **3**, 118. **4**, 28. *δόμοις*: Th. **16**, 34. *δόμοις* acol. accus. **28**, 16.

δρόμος. *Ἱπομένης... δρόμον ἄνυεν* **3**, 41. *ἄμμες δ' ἐς δρόμον ἦρι... ἐρψοῦμες* **18**, 39. (coll. 22.).

δῶμα. Praeter *τὰ δώματα τῆνα* **2**, 153. alibi semper articulo caret; de certa domo nude positum extat *δῶμα*: **2**, 17. 22. 27. 32. 37. 42 47. 52. 57. 63. (coll. 50. 103. 116. 132). **18**, 8. accusat. *δῶμα*: **17**, 29. **24**, 40. 95. M. **2**, 146. *δώματα*: B. **1**, 59. *δώμασι*: M. **4**, 79.

ἐγκέφαλον. *βίῃ σεισθέντος ἐν ὀστέῳ ἐγκεφάλοιο* **25**, 261.

ἕδρα. *ἔνθ' αἰεί σφισιν ἕδρη* **16**, 12. *ἀντία δ' Ἡρακλῆος ἕδρα... ἵδρυται* **17**, 20. *ὅθι πνεύμονος ἕδρη* **25**, 237. *σοὶ μὲν ἕδρα* Ep. **14**, 3.

ἔθνος. *ἀτρεκέων ποιμαίνεται ἔθνος ὀνείρων* M. **2**, 5.

εἶμα. *εἶμα τάπης ἦν* **21**, 13. *ἔμελλεν... καταδῦναι ἃ καὶ πάρος εἵματα ἵστο* M. 4, 102.

ἐλπίς. *ἐλπὶς τῶν ὕπνων* **21**, 66. — *ἐπουράνιος.* v. infra *θεός.*

ἐραστής. *ἐξ ὀργᾶς ἐρεθίζετο μᾶλλον ἐραστάς* **23**, 15.

ἔργον. Duobus locis exceptis *τοῖς ἔργοις* **15**, 37. et *τὰ βουκόλω ἔργα* **27**, 45. ubique articulus abest: *βουσὶ Φιλοίτιος ἀμφ' ἀγελαίαις ἔργον ἔχων* **16**, 56. *ἀνὴρ ὑλατόμος... παπταίνει... πόθεν ἄρξεται ἔργου* **17**, 10. opus silvae caedendae. *λαοὶ δ' ἔργα περιστέλλουσι ἕκηλοι* 97. opus suum. *ἀροτρεὺς παυσάμενος ἔργοιο, τό οἱ μετὰ χερσὶν ἔκειτο* **25**, 2. *ἐσχατιὰς..., ἃς ἡμεῖς ἔργοισιν ἐποιχόμεθα* 32. *νοῦσος..., αἵτ' ἔργα καταφθίνουσι νομῆων* 122. *Κύπριδος ἔργα τελεῖν* Ep. 4, 4. *ὁ δ' εἰς ἔργον πᾶσαν ἀφῆκε τέχναν* Ep. **7**, 6. *ματέρος ἔργα* B. 5, 11. *πολέων δέ οἱ ἔργον ἑτοῖμον μόχθων* M. 4, 42.

ἑρπετόν. *ὁ δ' ἐς πατέρ' Ἀμφιτρύωνα ἑρπετὰ δεικανάασκεν* **24**, 56.

ἔρως. *αἰὲν ἔρωτος ἀκράτω ἐπεχεῖτο* **2**, 151. i. e. in sui amoris honorem. *ἦ γὰρ ἔρωτι πολλάκις τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται* **6**, 18. *τοῦτον ἔρως ἔκτεινεν* **23**, 47. [sed ibi cum quibusdam editoribus scribendum videtur *Ἔρως*, quod pari jure nonnulli fecerunt **1**, 130. et **27**, 18.]. *ἀνέρος εἶχεν ἔρωτα* B. **2**, 21. *ἔρως ἐσμύχετ' ἀμοιβᾷ* M. **6**, 4. [sed nisi mea me fallit sententia, ibi flagitat nexus orationis *Ἔρως ἔσμυχεν ἀμοιβᾷ*.].

ἐσχαρεών. *οἴσετε πῦρ... ἀπ' ἐσχαρεῶνος ἑλόντες* **24**, 48.

εὐνή ubique articulo caret, et de certo cubili nude reperitur his locis: *τᾷ ματρὶ κατ' εὐνὰν ὀρθρευοίσᾳ* **10**, 58. *λὶς ἐξ εὐνᾶς ἔσπευσεν* **13**, 63. *ὅτ' εἰς εὐνὰν κατεβάλλεν* **18**, 11. *ἐπεί κα πρᾶτος ἀοιδὸς ἐξ εὐνᾶς κελαδήσῃ* 57. *ὁ δ' ἐξ εὐνᾶς... κατέβαινε* **24**, 41. *εὐνὰ δ' ἧς τῷ παιδὶ τετυγμένα ἀγχόθι πατρός* 134. *ὃς δ' ἐπὶ ταυρείας ἀγέλας κεχαρημένος εὐνᾶς* **27**, 69.

ζέφυρος. *τᾶς κόρθυος ἁ τομὰ ὕμμιν ἐς ζέφυρον βλεπέτω* **10**, 47.

ζόφος. *Ἥλιος μὲν ἔπειτα ποτὶ ζόφον ἔτραπεν ἵππους* **25**, 85.

ζυγόν. *κατὰ ζυγὰ δαῖτα πένοντο* **13**, 32. de sensu loci v. *ζυγόν.* *σὺ δὲ ζυγὸν αἰὲν ἄειρες* **27**, 19. [*ἄειρες* scripsi ex duobus codicibus. cf. **5**, 79. **14**, 57. ubi jam malim *ἐπεθύμεις.* **19**, 8. **23**, 4. Ziegler lectione *ἀεῖρες* recepta non obtemperavit legi ab ipso propositae p. 179]. *ζεύξας ταλαεργὸν ὑπὸ ζυγὸν αὐχένα ταύρων* M. Ep. 3.

ζωή. *ὤνθρωπε, ζωῆς περιφείδεο* Ep. **9**, 1.

ζωστήρ. *αἱ δ' ἐδίωκον, πέπλως ἐκ ζωστῆρος ἐπ' ἰγνύαν ἐρύσασαι* **26**, 17. [Ita ex Briggsii conjectura, qua simul justa caesura restituta est].

ἥβη. *τὸ δὲ σθένος ἄξιον ἄβας* **1**, 44. *τάχα γάρ σε παρέρχεται ὡς ὄναρ ἥβη* **27**, 8.

ἡμίθεος. v. infra *θεός.*

ἥλιος. *ταῦτα χρὴ.. ἐν ἁλίῳ ἄνδρας ἀείδειν* **10**, 56. *ἠελίου φρύγοντος* **12**, 9. *ἅλιος ἄμμε βαρύνει* B. **3**, 16.

ἧπαρ. *χαλεπὰ γὰρ ἔσω θεὸς ἧπαρ ἄμυσσεν* **13**, 71. *φαρμακόεντα δὶ ἧπατος ἰὸν ἔχουσα* M. **4**, 30.

ἠρίον. *ὅθι Φρυγὸς ἠρίον Ἴλου* **16**, 75.

ἥρως ubique articulo caret; nude legitur: *ἐκ δ' ἑτέρωθεν ἥρωες κρατερὸν Πολυδεύκεα θαρσύνεσκον* **22**, 92. *θεῖος ἄωτος ἡρώων* **13**, 28. *Ἡρακλέην δ' ἥρωες ἐκερτόμεον λιπονάυταν* 73.

ἦτορ. *ἐγὼ... ἰάπτομαι ἄλγεσιν ἦτορ* M. **4**, 39.

ἠχή. *τερπόμεναι... κύματος ἠχῇ* M. **2**, 36.

ἠώς numquam articulum habet; nude exstat: *ξυνὰ δὲ καὶ ἀώς* **7**, 35. *ὑπ' ἀῶ* **16**, 5. *πρὸς ἀῶ* **18**, 55. *ποτ' ἀῶ* Ep. **19**, 3. *κοὐδέπω ἀώς* **21**, 24. *καὶ ὄλβιοι ἀῶ ἵκοισθε* **24**, 9.

[ubi Brunck. ex ingenio proposuit ἀῶ ἴδοιτε, quam conjecturam Zieglerus, qui alias multo probabiliores conjecturas immerito neglexit, silentio transmittere potuit. Nam Theocritum praeivit Homerus Od. 19, 319. ὥς κ' εὖ θαλπιόων χρυσόθρονον ἠῶ ἵκηται]. ἐγγύθι δ' ἠώς M. 2, 2.

θάλαμος, cui voci numquam adest articulus, nude dicitur: καὶ παρθένον ἐκ θαλάμοιο καὶ νύμφαν ἐφόβησε 2, 136. ποῖοί με... ἐν θαλάμοισιν ἠδὺ μάλα κνώσσουσαν ἀνεπτοίησαν ὄνειροι; M. 2, 22.

θάλασσα. ἐκ δὲ θαλάσσας οἰστρῇ παπταίνοισα 6, 27. τίς κἂν τῶνδε θάλασσαν ἔχειν ἢ κύμαθ' ἕλοιτο; 11, 49. παντᾷ δὲ παρ' αὐτὰν θλιβομέναν καλύβαν τρυφερὸν προσέναχε θάλασσα 21, 18. [Hujus loci tenore denuo considerato jam statuo, vocabulum παντᾷ, quae est antiqua conjectura, ita defendi posse, ut ad θλιβομέναν cogitatione addatur τᾷ θαλάσσᾳ, ut jam voluit Adert. Theocr. append. p. 25]. Κυπρογένεια, Διὸς τέκος ἠὲ θαλάσσας B. 10, 1. κυανέη δ' ἐτέτυκτο θάλασσα M. 2, 45. οὐδὲ θάλασσαν δειμαίνεις; νηυσὶν γὰρ ἐπίδρομός ἐστι θάλασσα 136. 137. ἐσδομέναν... παρ' ἀιόνεσσι θαλάσσας 3, 59. ᾧ.. πόνος ἐντὶ θάλασσα 5, 10.

θάνατος. ἐπεὶ θανάτου σχεδὸν ἦεν 22, 130. θανάτῳ κεκαρωμένα δεινὰ πέλωρα 24, 58.

θεά. semper abest articulus: θεὰ Κύπρις 18, 51. De Musis legitur θεά 22, 116. et θεαί 10, 25. 16, 3. 104. Ep. 10, 1. universe θεάων 17, 45.

θεός. sine articulo de certo deo: Πρωτεὺς φώκας καὶ θεὸς ὢν ἔνεμεν 8, 52. τὸν Ἔρωτα, τίς ἦν θεός 23. 4. θεὸς ἔμμι B. 1, 53. Venus loquitur. θεῷ M. 4, 55 de Jove. Adest articulus: ὁ γὰρ θεὸς οἶδε δικάζειν 23, 63. de Amore. ἀΐοι δ' εὐμενέως ὁ θεός Ep. 4, 18. de Priapo. ἁ θεός 2, 36. de Hecate. [Nimis pressit articuli vim Wuestemannus]. ποτὶ τὸν θεὸν ἦλθε 23, 58. de Amore. τὴν θεόν Ep. 13, 1. de Venere. Singularis*) et pluralis ubi deum vel deos universe significat articulo caret: εὗρε θεὸς τὸν ἀλιτρόν 10, 17. ubi recte Schol. et gloss. τὸ θεῖον substituit. εἶπε, τὰ δ' οὐκ ἄρ' ἔμελλε θεὸς μεταμώνια θήσειν 22, 181. ἄλλον δ' ἄλλον ἔθηκε θεὸς ἐπιδευέα φωτῶν 25, 50. τοιῆσδ' ἐκυρήσαμεν ἐκ θεοῦ αἴσης M. 4, 69. — θεοί: 16, 19. 17, 12. 24, 29. 67. 25, 78. B. 7, 9. — θεῶν: 1, 32. 13, 2. 15, 79. 17, 108. 22, 29. [ubi glossator apud Gailium: ἤγουν τοὺς ἥρωας]. 25, 114. [Ibi enim optimi codices praebent θεῶν τότε μυρίον ἔθνον, quod mihi quidem nunc verum videtur]. 26, 38. — θεοῖς: 15, 32. 16, 26. 22, 223. M. 2, 140. — θεούς: 16, 3. — ὦ θεοί: 15, 44. Ceteris locis cum adjectivo conjunctum est θεός: 3, 15. 13, 71. 17, 19. τὶς θεός 20, 20. M. 2, 140. θεοῖο: 25, 22. θεοί: M. 4, 6. θεῶν: Ep. 12, 2. — Pariter usurpatur ἡμίθεος. In quattuor locis, ubi exstat, universe dicitur: ἡμιθέων μονώτατος 15, 137. ἀφ' ἡμιθέων ἐγένοντο 17, 5. ἄλλων μνάσομαι ἡμιθέων 136. ἐν ἁμιθέοις 18, 18. 24, 130. [Ziegler. p. 179. ratione prioris loci habita scripsit: „malim ἡμιθέοις. ἁμίθεος non Theocriteum esse videtur.“ At tamen et 24, 130. et, quod cum hac voce cohaeret, ἅμισυ 29, 5. immemor illius praecepti tacite reliquit. Et profecto mirum est, in Id. 18, 18. et 24, 130. ne ullum quidem variae scripturae vestigium exstare; sed ἅμισυ Valcken. demum recepit addicentibus libris]. — Porro huc pertinet ἀθάνατος. Necessario abest articulus 12, 18. 15, 106. 17, 25. B. 6, 8. cum pronomine vel adjectivo junctum 17, 8. 17. θεοὶ ἀθάνατοι: M. 4, 7. sed universe et nude

*) [De singulari apud Sophoclem tacet Ellendtius].

dictum reperitur ἀθανάτων: 17, 2. 131. 24, 83. 25, 41. 52. 199. 276. Ep. 13, 6. B. 5, 11. ἀθανάτοις: 15, 47. B. 10, 2. ἀθανάτους: 16, 2. — Similiter μάκαρες nomen numquam articulum adjunctum habet. v. M. 2, 27. μακάρων: 13, 72. 15, 104. θεῶν μακάρων: Ep. 12, 2. μακάρεσσι: 1, 126. 29, 7. μακάρεσσι... ἀθανάτοις 17, 16. — Denique οὐρανίωνες 12, 22. σὺν ἄλλοις.. οὐρανίδαισιν 17, 22.

θήρ. θέρμα θηρός 25, 63. 175. θηρὸς ὄλεθρος 280. θηρῶν τις 82. — θίν. ἐκβάντες δ' ἐπὶ θῖνα 13, 32. et addito adjectivo βαθύν 22, 32. — θρόνος. Ζανὸς ἐπὶ θρόνον 7, 93. — θυγάτηρ. Διὸς... θυγατέρες 16, 102. Ἀντιγόνας θυγάτηρ 17, 61. Ζανὸς... θυγάτηρ 18, 19. Φοίνικος θυγάτηρ M. 2, 7.

θυμός semper sine articulo legitur et quidem nude θυμός 2, 82. 22, 11. — ἐκ θυμῶ 2, 61. ἐκ θυμοῦ 17, 130. M. 4, 60. ἔκ θυμῶ B. 6, 2. ἐν θυμῷ 22, 87. 29, 36. τέρας κέ τυ θυμὸν ἀτύξαι 1, 56. κατὰ θυμόν 13, 14. 25, 177. M. 4, 10. θυμὸν δ' ἀνέρος εἶχε B. 2, 21. [in mea editione interpunctio post εἶχε delenda est.]. θυμὸν ἔτερπον M. 2, 64. οὐ μὴν δηρὸν ἔμελλεν ἐπ' ἄνθεσι θυμὸν ἰαίνειν 72. ἐόλητο θυμὸν ὑποδμηθείς 75.

θύρα. θύρας ὑπὲρ οὐδόν 2, 104. (coll. 127). οὐδὸς δ' οὐχὶ θύραν εἶχε 21, 15. τὰ πρὸ θυρᾶν μοι... ἄσκαλα πάντα 10, 14. ὅθι σταθμὰ κοῖλα θυράων οἴκου 24, 15. θυρᾶν ἀνακόψατ' ὀχῆας 49. οὐδὲ θύρας ἄραξεν 2, 6. (coll. 31.) αὐτὰρ ἐγὼ κλαξῶ θύρας 6, 32. ὁ δ' αὖτ' ὤιξε θύρας 23, 53.

ἰγνύα. μακρὴν δὲ περ' ἰγνύῃσιν ἕλιξεν κέρκον 25, 242. πέπλως... ἐπ' ἰγνύαν ἐρύσασαι 26, 17. — ἰνίον. αὐχένος... παρ' ἰνίον ἔφλασα προφθάς 25, 264. — ἰξύς. εἰληθέντος ὑπὸ λαγόνας τε καὶ ἰξύν 25, 246. — ἵππος. ποτ' ὠρανὸν ἔτραχον ἵπποι 2, 147. μορμώ, δάκνει ἵππος 15, 40. Ἥλιος... ποτὶ ζόφον ἔτραπεν ἵππους 25, 85. — ἵς. ἵς ἀνέμου 25, 94. ὧδέ οἱ ᾠδήκαντι κατ' αὐχένα πάντοθεν ἶνες 1, 43. — ἱστός. πόσσω κατέβα τοι ἀφ' ἱστῶ; 15, 35.

κάλαμος. ἐκ καλάμων δὲ πλάνον κατέσειον ἐδωδάν 21, 43. [ubi pluralis καλάμων nescio an sequatur analogiam vocabuli τόξα, de cujus notione v. Herm. in Soph. Philoct. 652.].

κάρα. ὀκνηραὶ δὲ... κάρη μίμνοντι βαλοῖσαι 16, 11. μειδιόων κίνησε κάρη B. 4, 11. δαίμονος.., ὃς θ' ἡμῖν ἐφύπερθε κάρης βαρὺς αἰωρεῖται M. 4, 74. — κρᾶτα. κατὰ κρατὸς δονέοντο αἴγειροι 7, 135. πίθων ἀπελύετο κρατὸς ἄλειφαρ 147. κρατὶ δ' ἔχων λεύκαν 2, 121. στέφανον περὶ κρατὶ φυλάσσων 7, 64.

κάρηνον. ἶσα δ' ἐπ' ἀλλήλοισι κέρα ἀνέτελλε καρήνου M. 2, 87. — καρπός. δένδρεα καρπὸν ἔριψε M. 3, 32. suum fructum. — κασίγνητος. ἐκ θυμοῦ στέργοισα κασίγνητον 17, 130. — κεστός. σοὶ δ' ἅμα κεστὸς ὅλωλε B. 1, 60.

κεφαλή. ἔρρευν δ' ἐκ κεφαλᾶς πᾶσαι τρίχες 2, 89. ὑπὲρ κεφαλᾶς αἰεὶ τὸν ἀμολγέα πληροῖ 8, 87. χιμαίρας, ὧν μοι πρὸς κεφαλᾷ... κώεα κεῖται 9, 18. ὑπεξανέδυ κεφαλᾷ 22, 123. ἁπτομένα δὲ γυνὰ κεφαλᾶς μυθήσατο παίδων 24, 6. ἧκα παρακλίνας κεφαλὴν 25, 161. ἤλασα κακκεφαλῆς 256. ἔστη νυστάζων κεφαλῇ 260. μάτηρ μὲν κεφαλὰν μυκήσατο παιδὸς ἑλοῖσα 26, 20. κεφαλὰν ἔπι σεῖο καθιξεῖ B. 4, 16. [Ibi in mea editione Parisiensi accentus in ἐπὶ me invito relictus est.]

κιθάρα. εὗρεν... κιθάραν ὡς ἀδὺς Ἀπόλλων B. 5, 8. [Statim primo obtutu quivis putaverit languidum ἀδύς mutandum esse in ἀδύν coll. Meinek. Anal. Alex. p. 208 sqq. sed libris invitis id ego quidem non fecerim. Nam adjectiva ἡδύς et ἱερός apud Bionem

et Moschum saepius adsunt tamquam expletiva quaedam epitheta: de qua re in illis vocabulis copiosius dicetur].

κλιντῆρ. *κείμαν δ' ἐν κλιντῆρι* 2, 86. *ἕζετ' ἐπὶ κλιντῆρι* 113. *ξίφος, ὅ οἱ ὕπερθεν κλιντῆρος... ἄωρτο* 24, 43. — *κλωστήρ.* *ὅ τι Μοῖρα κατὰ κλωστῆρος ἐπείγει* 24, 69. — *κνήμη.* *τᾶς παιδὸς ἐπὶ κνάμαισιν* 6, 13. *μυθεῖται, ἀπωτέρω ἢ γόνυ κνήμα* 16, 18. — *κοῖτος.* *ὁπόκ' ὀρτάλιχοι μινυροὶ ποτὶ κοῖτον ὁρῶεν* 13, 12. *γυνὰ Φοίνισσα μύλαις ἔπι κοῖτον ἔχοισα* 24, 51. in codd. legitur. *ἐμνάσατο κοίτου* 62. — *κολεός.* *τὼ δ' ἄορ ἐκ κολεοῖο ἐρυσσαμένω* 22, 191.

κόλπος semper articulo caret, et nude positum exstat: *μᾶλα μὲν ἐν κόλποισι... φυλάσσων* 2, 120. *ἔκλαεν παρὰ ματρὶ παρθένος ἑξαέτις κόλπων ἐπιθυμήσασα* 14, 33. [Pluralem *κόλπων*, addendum Rostio in Gr. §. 97. 3. b, ex septem codicibus recepi cum Hermanno et Boissonado. v. Seiler in Long. Past. I. c. 26. Videntur pluralem mutasse librarii, quia Homerus uno loco Iliad. 9, 570. excepto semper proprio sensu singularem dixit. Praeterea ibidem octo codices, in quibus est optimus K. sive Mediol. 1, de quo tamen tacet Zieglerus, praebent *ἑξαέτης*, quod nescio an defendere liceat inscriptione apud Boeckhium I. p. 545. n. 1003. *ἑξαέτη λυγρὴν μοῖραν ἐνεγκαμένην*]. *ἐπὶ σφυρὰ κόλπον ἀνεῖσαι* 15, 134. *πᾶς δ' ὑπὸ κόλπου χεῖρας ἔχων* 16, 16. *εὗρε πορφυρέην κόλπου πτύχα* M. 2, 127. *τὸν Ἔρωτα ἔτρεφεν ἐν κόλποισι* 3, 85.

κολώνη. *Τρίοπος κολώναν* 17, 68. [Ibi *Τρίοπος* Stephani est ex scholiis petita conjectura; sed librorum et vett. edd. scriptura *Τρίοπον* mihi quidem videtur defendi posse].

κόμη. *λύσασαι δὲ κόμαν* 15, 134. *παρθενικαὶ θάλλοντα κόμαις ὑάκινθον ἔχοισαι* 18, 2. *κόμας δ' ἐπύκαζε καλύπτρᾳ* B. 2, 20.

κονία. *κονία στειβομένα καθύπερθε* 17, 121. [Totus locus, ut olim jam monui, servata librorum scriptura constituendus videtur: *μοῦνος ὅδε προτέρων, — τοκέων ἔτι θερμὰ κονία στειβομένα καθύπερθε ποδῶν ἐκμάσσεται ἴχνη, — ματρὶ φίλᾳ καὶ πατρὶ θυώδεας εἵσατο ναούς.* Verbis parenthesi inclusis vult indicare poeta, Ptolemaeum illa templa posuisse statim post mortem suorum parentum. Cf. scholion codicis Genev. apud Adertum cum Letronnii explicatione].

κόρη excepto loco M. 2, 165. *ἡ δὲ πάρος κούρη* numquam adjunctum habet articulum. Nude reperitur de certis: *καί τι κόρας φιλικὸν μέλος ἀμβάλεν* 10, 22. *Διὸς κούραις* 16, 1. *κουράων ἀπάνευθε Διός* 70. *ἔνθα κόραι τοκέεσσιν ὑπὸ* [scr. *ὕπο*] *σφετέροισι τρέφονται* 22, 159. *κατέθελγε δὲ κούρην* M. 2, 94. *ἐλαφρίζεσκε δὲ κούρην* 130.

κόρρη. *πὺξ ἐπὶ κόρρας ἤλασα* 14, 34. — *ῥόπαλον κόρσης ὕπερ αὖον ἀείρας* 25, 255. — *κόρυς.* *ἵππειαι δὲ κόρυν σκεπάουσιν ἔθειραι* 16, 81. — *κόχλος.* *ὁ δ' ἐγκαναχήσατο κόχλῳ* 9, 27. *κόχλου φυσαθέντος* 22, 77.

κραδία. *εἰ δ' ὑμῖν κραδία πόλεμον ποθεῖ* 22, 171. *κραδίη δέ οἱ ἔνδον ἰάνθη* 27, 68. *παλλομένη κραδίην* M. 2, 17. *ὥς μ' ἔλαβε κραδίην πόθος* 25.

κρατήρ. *τὸν Πτελεατικὸν οἶνον ἀπὸ κρατῆρος ἀφυξῶ* 7, 65. — *κρήνη.* *Ὠρῶν ἐπὶ κράναισι* 1, 150. *Βούριναν... κράναν* 7, 6. — *κρέας.* *χιμάρω δὲ καλὸν κρῆς* 1, 6. *οὐ κρέας αὐτὸς σιτήθην* 9, 25.

κρόταφος. *ἀπὸ κροτάφων πελόμεσθα πάντες γηραλέοι* 14, 68. *πρᾶτον ἴουλον ἀπὸ κροτάφων καταβάλλων* 15, 85. *χαῖται... περὶ κροτάφοισι κέχυντο* 20, 23. *ἐκ δ' ἐχύθη μέλαν αἷμα θοῶς κροτάφοιο χανόντος* 22, 125.

κῦμα. ἐς κύματα τήνω ἁλεῦμαι 3, 25. ποτὶ κύματ' ἐπ' ἀιόνι πτύοντα 15, 133. ἐπ' ᾠόνι κύματα μετρεῖν 16, 60. κείμενος ἐν φύλλοις ποτὶ κύματι 21, 35. τερπόμεναι... κύματος ἠχῇ M. 2, 36. Ἐννοσίγαιος κῦμα κατιθύνων 121.

κύων. χαλεπὸν χορίω κύνα γεῦσαι 10, 11. τοὺς δὲ κύνες... ἐνόησαν 25, 68.

λαγών. φάσγανον ὦσε διαπρὸ Τυνδαρίδας λαγόνος 22, 202. κυρτὴ δὲ ῥάχυς γένετ'..., πάντοθεν εἰληθέντος ὑπὸ λαγόνας 25, 246.

λειμών. ἤλυθε δ' ἐς λειμῶνα M. 2, 89. καὶ λειμῶνος ἐκαίνυτο λαρὸν ἀυτμήν 92.

λέκτρον semper articulo caret et nude quidem de certo lecto positum exstat: πάλιν δ' ἐς λέκτρον ἰών 24, 62. ὄμνυε, μὴ μετὰ λέκτρον λιπὼν ἀέκουσαν ἀπενθεῖν 27, 33. αἰνήσει σέο λέκτρον 38. μόναι κατὰ λέκτρα καθεύδομες B. 2, 30.

λέχος pariter articulo caret ubique. λέχος ἐς φιλεούσης 17, 42. ἐν δὲ λέχος στόρνυσιν ἰαύειν Ζηνὶ καὶ Ἥρᾳ... Ἶρις 133. ὅτ' ἐς λέχος Ἐννοσιγαίου ἦιεν M. 2, 39. [praeterea ibi nescio an semel Teucherus, qui alioquin non intellecta saepissime mutavit, verum viderit recepta sua conjectura Ἐννοσίγαιος, quam probabilem jam dixit Fr. Jacobs. cf. Valcken. Schol. Eurip. Phoeniss. v. 688]. καί οἱ λέχος ἔντυον Ὧραι 164. ἀνδρὸς ἀμύμονος ἐς λέχος ἦλθον 4, 8.

λέων. δέρμα λέοντος 22, 52. 25, 277. — λίθος. ὧδ' εἰπὼν λίθον εἷλεν 23, 49. — λίς. ὅθι λὶς ἦεν 25, 211. — λίψ. λὶψ... ἀπὸ σκοπιᾶς ἐτίναξεν 9, 11.

λόγος. Ex linguae lege non desideratur articulus in ὅπῃ λόγος ἦμεν ἀτερπέων ξυνὸν τοῖσιν ἐρῶσι τὸ φάρμακον 23, 23. ἐκ θαμινῆς ῥαθάμιγγος, ὅκως λόγος, αἰεναοίσας κτλ. B. 15, 1. [extremum participium posui ex conjectura, memor Hom. Od. 13, 109]. sed desideratur in ἔλεξέ νυ καὶ λόγον αὐτῇ B. 2, 26.

μαζός. λεαίνας μασδὸν ἐθήλαζε 3, 16. οὐδὲ φθίμενόν νιν ἄτερ μασδοῖο τίθητι 48. — μάκαρες v. supra θεός. — μακέλη. ἠύτε γέρρον νώμασκεν μακέλην M. 4, 108. — μαστός. ἄρνες... ὅτος μαστὸν ποθέοισαι 18, 42. — μάχη semper sine articulo est, et nude positum: σὺν δὲ μάχαν ἐτίναξε 22, 90. μάχης δ' οὐ γίνετ' ἐρωή 192. ἄφαρ δὲ μάχης ἐμνήσατο 25, 243. — μέλος. σφέων Κρονίδας μελέων ἐξείλετο γῆρας 17, 24. βούλευον, ὅπως.. βύρσαν... ἀπὸ μελέων ἐρυσαίμην 25, 273. ἀμφεθέμην μελέεσσιν 278. — μέτρον. ἦν δ' ἀνέρος ἐς μέτρον ἔλθῃς B. 4, 14. — μέτωπον. ἐκ δὲ μετώπω ἱδρώς μεν κοχύδεσκεν 2, 106. — μήνη. ἀφαυρότερος μήνας B. 9, 3. — μηρίον. ὁ δὲ μηρία λούει B. 1, 84. — πλευροῖσί τε μηρ' ἐφύλασσον 25, 269. — μηρός. ἕλκος ἔχει κατὰ μηρὸν Ἄδωνις B. 1, 16. στῆθεα δ' ἐκ μηρῶν φοινίσσετο 26.

μήτηρ. articulus saepissime adjungitur, sed abest in μήτηρ: 27, 40. M 2, 42. μάτηρ: 3, 16. 45. 26, 20. — ματέρος: B. 5, 11. ματρός: 9, 13. 13, 13. 17, 59. — μητέρι: M. 4, 84. ματέρι: 18, 21. ματρί: 14, 32. 16, 83. 24, 102. — ματέρα: 8, 89. — ματέρες: 28, 12. — In reliquis locis additum est vel adjectivum vel pronomen.

μίτρα. λῦσε δέ οἱ μίτρην M. 2, 164. — μοῖρα. καὶ ἐς τέλος ἄνυε μοίρας 1, 93. — μόρος. φίλων μόρον ἀγγελέοντας 16, 86. — μορφή. ὅπως δ' ἐψεύσατο μορφάν B. 2, 7. ἡ μὲν ξείνης μορφὴν ἔχεν M. 2, 10. — μοῦσα. ἐπὶ τὸ πλέον ἵκεο μώσας 1, 20.

μῦθος. Excepto loco 2, 94. ubique articulus abest: ἑζόμενος φάτο μῦθον 2, 113. πατρὸς μύθων ἠὲ ματρὸς ἀκούειν 9, 13. ὠνθρώπων ὡς μῦθος 15, 107. [quod quin graece sit dictum nec mihi nec Zieglero dubitandum fuisse infra demonstrare conabor]. χάρις

δ' οὐχ' ἕσπετο μύθοις 22, 168. ὄκνος ποτὶ χεῖλος ἐλάμβανε μῦθον ἰόντα 25, 65. θαυμάζεσκον ἀκούοντες τότε μῦθον 186. ὁ δ' οὐκ ἐμπάζετο μύθων B. 5, 9.

μυχός. φρενῶν... ἐν μυχῷ 29, 3.

νᾶμα. νᾶμα δ' ἐφοινίχθη 23, 61. — ναός. τοῖς πᾶσι μέλει Σικελὰν Ἀρέθοισαν ὑμνεῖν σὺν ναοῖσι 16, 103. ex Bergkii conjectura. ἀλλά μιν ἁρπάξασα... ἐς ναὸν κατέθηκας 17, 50.— ναῦς. ναῦς γέμεν... τῶν παρεόντων 13, 68. ἐκ βυθοῦ ἕλκετε νᾶας 22, 17. νῆας Ἀχαιῶν 22, 219. — ναυτιλία. ναυτιλίας μιμνάσκετο θεῖος ἄωτος 13, 27. — νεῖκος. ἀνέσχεθε νεῖκος ἀπανδῶν ἀμφοτέρας ἅμα χεῖρας 22, 129.

νεκρός. κἂν νεκρῷ χάρισαι τὰ σὰ χείλεα 23, 41. ἐπὶ νεκρῷ εἵματα πάντ' ἐμίανεν ἐφαβικά 55. [πάντα, in qua voce Fritzschius de poet. Gr. bucol. p. 69. jure suo offendit, mihi videtur adverbialiter positum esse et haec exaggeratio rei a conditore illius carminis haud abhorrere].

νεότης. πρὶν γῆρας ἀποτρῖψαι νεότητα 24, 132. — νευρειή. ἐπέλασσα κορώνῃ νευρειήν 25, 213. ἐγὼ ἄλλον ὀιστὸν ἀπὸ νευρῆς προΐαλλον 235. — νῆσος. ἐχθροὺς ἐκ νάσοιο κακὰ πέμψειε ἀνάγκα 16, 85. ὣς ἄρα νᾶσος ἔειπεν 17, 71. νάσῳ Τρινακρίας 28, 18. — νίκη. χορῷ δ' ἐκτήσατο νίκην ἀνδρῶν Ep. 12, 3.

νόος. Praeter 21, 32. alias articulus numquam adest, et nude positum exstat: ῥιπτεῖ νόον 1, 37. ἀστόργου δὲ γυναικὸς ἐπ' ἀλλοτρίων νόος αἰεί 17, 43. ὁ διδάσκαλός ἐστι παρ' ᾧ νοῦς 21, 33. νόῳ δ' ὅ γε πολλὰ μενοίνα 25, 62. ἑτέρου νόον ἴδμεναι ἀνδρός 67. γυναιξίν, νόος οἰκωφελίας αἶσιν ἐπάβολος 28, 2. νόον τις... δονεύμενος B. 6, 5. μορφᾷ νόον οὐδὲν ὁμοῖον 10, 5. νόος ἐστὶν ἀνάμερος M. 1, 10. νόος δέ οἱ ἐμπεπύκασται 15. νόος δέ οἱ ἠύτε φωτός αἴσιμος ἀμφιθέει 2, 106. — νότος. χῶταν... νότος ὑγρὰ διώκῃ κύματα 7, 53. νότῳ τρίτον ἅμαρ ἀέντι 13, 29. νότοιο βίῃ 25, 91.

νύξ. νυκτὸς ὄψιν 21, 37. νυκτὸς ἐφερποῖσας 22, 15. νυκτὸς... τρίτατον λάχος M. 2, 2. De hujus vocis formis, quae sive nude sive praepositione adjuncta adverbialiter pronuntur, infra agetur.

νῶτον semper articulo caret; nude reperitur de certorum dorso ὑπὲρ νώτοιο... ἠωρεῖτο... δέρμα λέοντος 22, 51. ὀππότερος κατὰ νῶτα λάβῃ φάος ἠελίοιο 84. ὑπ' ἀσπίδι νῶτον ἔχοντα 24, 124. καὶ χρύσεον περὶ νῶτα φαρέτριον M. 1, 20. ἁπάσας νῶτον ὑποστορέσας ἀναδέξεται 2, 104. νώτοισιν ἐφίζανε 108.

ξίφος. ὁ δὲ πλαγὲς ξίφος ἔκβαλεν 22, 198. ξιφέων ἀνέχεσθαι ἀμυχμόν 21, 125.

ὁδμή. ὀδμῇ χροός 25, 69. κατὰ χροὸς ἥεσαν ὀδμήν 136. — ὁδοιπόρος. ψεύδεσθαι ὁδοιπόρον ἀνέρ' ἔφαντο 25, 187. — ὁδός. ξυνὰ γὰρ ὁδός 7, 35. ἐγὼ δ' ὁδὸν ἀγεμόνευον 11, 27. χαλεπαὶ γὰρ ὁδοὶ τελέθουσιν ἀοιδοῖς 16, 69. — οἶδμα. ὑπὲρ οἴδμα κυβίστεε βυσσόθε δελφίς M. 2, 117. — οἶκος numquam articulum additum habet, etsi de certa domo nude dicitur οἶκος: 25, 59. — οἴκου: 24, 16. — οἴκῳ: 16, 6. — οἶκον: 6, 24. 15, 147. 24, 22. 28, 19. M. 4, 16. — ὄμβρος. Διὸς ὄμβρῳ 17, 78.

